



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.

De Corona militis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

ARGUMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS, PER Iacobum Pamelium.

VVM (Romae quantum ex libri calce apparet) facta est liberalitas. Donatiui dispensatione Militibus facta. praestantissimorum Imp. Caesarum L. Septimij Severi patris, & M. Aurelij Antonini Car. alle filij, fortassis ob sollemnia Caesarum votis decemalibus Miles Christianus Tribunum accedens, qui Donatiuum singulis ex ordine erogabat, Lauream caestrensem manu gestabat, quam ceteri in capite. Causam exposulatus, qui Christianam se respondisset, non licere sibi coronatum incedere, iussus suo sanguine in carcerem rapitur. De quo quum varie essent sententiae, quasi qui solus videretur inter tot fratres commissio- nes Christianus, Tertullianus coronam capite Christianus prohibi- tum, hoc libro latissime deducit. Atque imprimis obseruationem eam esse satis auctoritatem co- sensu patrocino, in quam committere delictum sit, quam laude- riu fides, que ante credit obseruandum esse quam didicit. Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse obseruationes sine vilius scriptura instrumento, in Baptis- ma, Eucharistia Sacramento, Oblationibus pro defunctis, pro natalitijs, de non ieiunando die Dominico, de Crucis signaculo in fronte. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio (inquit) auctoritas, consuetudo confirmatrix, fides obseruatrix, quibus & ratio patrociniatur. Atque adeo his exemplis renouari, posse etiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste ex profuer, mita obseruationis, que etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur. Deinde hanc Christianam obseruationem etiam natura defendi. Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scri- ptam. Et vero ex origine ipsa, Coronatum vsu interdicitum, quum Claudius Sacer. minus libro de Coronis, ab his significet ortas, quos Iudeum Deos creditur. Neque ob stare quod multa alia ab his prolata, in nostris tamen videntur, & in Dei rebus deprehendantur, quia meras illa vtilitatis necessarii necessitatibus vite humane procedunt, at que hunc ordi- nem excesserint, non conuenire vsibus nostris. Quis denique (inquit) Patriarche, Prophetae, Levites, Sacer- dos, & vsu Iudex, vel postea Apostolus, Euangelizator, aut E-

piscopus inuenitur coronatus; neque ipsum Dei templum, nec ar- ca, nec tabernaculum, nec altare, nec candelabrum. Quae omnia portendebant homines Dei coronari non debere; nisi forte sicuti Christus coronatus est. Proinde quum mortuorum sit coronari & Idolorum, apud quae ipsa fides, hostia, ara, & sacerdotes coronantur; Christianis non licere. Iam vt ad causas coronarum veniatur, militiam imprimis in castris amulis Christi non conuenire Christianis. Deinde vt liceat certe causam coronarum contra eos facere, seu Lauream ista coronentur, seu Myrto, seu Olea, id est, in Do- natiui dispensatione, sive in triumpho, sive in sollemnibus Cas- trum, Caestrensius vel Municipis coronis coronentur milites. Eiusdem esse generis coronas Laureas publicorum ordinum, Atrreas Magistratum sine Herufcas, aut Prouinciales; item eas quibus publici equi coronantur, aut vulgus in Principibus & Mu- nicipalibus sollemnitatibus, aut sponsa in nuptiis, aut serui ma- numissis; denique & Agonisticas, & quibus coronantur Lupana- ria, pristina, carcer, Ludus, Amphitheatra, spoliaria, ipsaque Li- bittina. Nullo itaque modo capiti inferendas Idololatria manus, ma- xime quam Christus sertum ex spinis pro vtraque sexu subierit. Quin potius coronam vite expectet, ad quam ille inuitat, quae Apostolus repositam sibi merito confidit, ac victoria quam accepit in visione angelus, vt vinceret, qua sedent Protopresbyteri coro- nati, & ipse Filius hominis supra nubem mitat. Ceterum Tertulliani esse hunc Librum, vel ex eo manifestum est, quod Librum citet de Spectaculis Graeco quoque stylo a se con- scriptum, cuius alibi frequenter meminit. Deinde multa viderem pene verba repetat, quibus supra in Apologetico, & Libris de Ido- latria, ac de Velandis virginibus. Imitantur etiam eundem BB. Hieron. & Basilii locis infra citatis, & ex c. 4. locum integrum transcripsit B. Isidorus Etym. l. 5. c. 3. Viderunt proinde etiam Ma- nuscriptos Trithemius & Politianus. Primus autem edidit Rhe- man non semel castigatum ex Paternia. Hirfangu. & Gorzien. co- dicitus; & initio Scholasticis, deinde & Adnotatiuibus, quibus Tra- diti ones Ecclesiasticas non scriptas mirae confirmat, illustrat. Nos easdem (paucis immutatis, in quibus hallucinabatur) partim hic retinuimus, partim supra, que nemp ad Missae sacrificium perti- nent, Libro de Oratione, partim infra, que Baptismi Sacramen- tum concernunt, libro de Baptismo, nostris Adnotatiuibus in se- rumus; & iam post eum ex tribus mis. V. at. codicibus denuo ca- distigauimus, & ex Plinio integram Coronarum materiam ita de- duximus, vt post hac alio Comentario eius argumenti non sit opus.

E
X
XI
XII
XIII
F
XIV
XV
G

JULL
ERA

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI DE CORONA MILITIS LIBER.

Cap. I. **R**OXIME facta est liberalitas & praestantissimorum Imperatorum. 4 Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quid illic magis Dei miles, ceteris constantior fratrib. qui le duobus dominis seruire non posse praesumpserat, solus libe- lo capite, coronamento in manu ocioso. 5 Vulgata iam & ita disciplina Christianorum relucebat. Deniq; sin- guli designare, eludere eminus, infundere cominus in nostrum. 6 Tribuno deferunt, & persona iam ex ordine accellerat. Statim Tribunus, Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit illum ceteris sibi licere. Causas expo- postulatus, Christianus sum, respondit. 7 O militem in Deo gloriosum! 8 Suffragia exinde, & res 9 apud Acta, & reus apud Praefectos. Ibidem 10 grauius penulas posuit. 11 reuelari auspicatus. 12 speculatoriam morosissimam pedibus absoluit, tere sanctae insistere in cipiens gladium nec dominicae defensionem necessarium reddi- dit: aurea & de manu clauit. Et nunc rullatus sanguine suo, 13 speculatus, de Euangelii paratuta succinctus a- cutore verbo Dei, torus de Apollito armatus, & de 14

martyrii candida laurea melius coronatus, donatiuum Christi in carere expectat. Exinde sententia super illo, nescio an Christianorum, non enim alia Ethnicorum, vt de abrupto, & praecipiti, & mori cupido, qui de habi- tu interrogatus nomini negotium fecerit, solus scilicet fortis. 15 inter tot fratres comilitones solus Christianus. Plane superet 16 vt etiam martyria recusare mediten- tur, qui prophetas eiusdem spiritus sancti respuerunt. 17 Multitant denique tam bonam & longam sibi pacem periclitari. Nec dubito quasdam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugae accingi de ciuitate in ciuitatem; Nullam enim aliam Euangelii memoriam curant. No- ui & Pastores eorum in pace le ones, in pralio certios, Sed de 19 quaestionibus confessionum alibi docebi- mus. At nunc quatenus illud opponunt? Vbi autem prohibemur coronari? Hanc magis localem substanti- am causae praesentis aggrediar, vt & qui ex sollicitudine ignorantiae quaerunt, instuantur; & qui in defensione delicti contendunt, reuincantur; 20 ipsius vel maxime exemplo) Christiani laureati, quibus in solatium qua- stio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi possent delictum, quod patiarum quaestionem. Nec nul-

H
lum



A quam sonum nare. Omne autem quod contra naturam est, non ita meretur nota penes omnes, penes nos vero etiam elogium sacri legi, in Deum naturae dominum & auctorem. 56 Queres igitur Dei legem, habens communem vitam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus lolet provocare: ut cum in velamine femininae: *Nec natura vos*, inquit, *docet*: Vt cum ad Romanos: *Natura facere*, dicens, *Nationes ea quae sunt leges*: & legem naturalem suggerit, & naturam legalem. 57 Sed & in priore Epistola, naturalem visum conditionis in non naturalem masculos & feminas inter se demutasse affirmans, ex retributione erroris in vicem poenae, utique naturali viti patrocinatur. Ipsum Deum secundum naturam prius novimus, 58 Deum appellantes Deorum, bonum praesidentes, & iudicem invocantes. Queres, an 59 conditioni eius fruende natura nobis debeat pretere, ne illa rapiamur, qua Dei amulus vniuersam conditionem certis visibus homini mancipatam, cum ipso homine corrumpit. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitatem 60 fucidissimam, vniuersam plurimum visibus, tum turpibus, & iniustis, & impiis, subuersam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui natura quidem, Deo omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruantur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia a diabolo esse mutata. 61 Sed & huic materiae propter sauciosissimos nostros Graeco quoque stylo facis fecimus. 62 Proinde coronarii isti agnoscant interim naturae auctoritatem, communis parentis nomine, qua homines, & propriae religionis pignora, qua Deum naturae proximo colescentes atque ita, velut ex abundantia, ceteras quoque rationes dispiciant, quae nostro priuati capiti coronamentis & quidem omnibus interdiciunt. Nam & vrgemur ad communionem naturalis disciplinae, conuerti ad proprietatem Christianam totam iam defendendam, per ceteras quoque species coronarium, quae aliis visibus prope diu videntur, ut ex aliis substantiis astruunt, ne qua non ex floribus consistant, quorum visum natura signauit (ut ipsa haec 63 Laureae militaris) non credantur admittere se huiusmodi interdictione, qua austerius naturae praescripuit. Video igitur & curiosus & plenus agendum ab originibus visque ad profectus & excessus rei. Litterae ad hoc seculares necessariae. De suis enim instrumentis seculi in probari necesse est: quantulas attingi, credo sufficientes. Si 64 fuerit aliqua Pandora, quam primam summarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronarium est: a Charitibus, cum ab omnibus muneretur: vnde Pandora. Nobis 65 vero Moyses Propheticus, non poeticus pastor, principem feminam Euan facilius pendenda folius quam tempora floribus incinctam, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio erubescenda est coronae origo. Iam nunc & de veritatibus suis. Certe enim ceteros fuisse constat auctores rei vel illuminatores. 66 Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, 67 Iouem Diodorus post deuiotos Titanas hoc munere a ceteris honoratum. Dat & 68 Priapo tantis idem, & 69 Ariadnae fertur ex auro & Indiciis gemmis: Vulcani opus, Liberti munus post & fidus. 70 In noni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum eius palmiter edimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantem ostentans nouercam de exuuiis vniuersae priuigni. 71 Hercules nunc populum capite praefert, 72 nunc oleastrum, 73 nunc apium. Habes 74 tragediam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum, 75 qui & Apollinem memorat interfecto Delphico dracone, laurea induisse qua supplicem. 76 Erant enim supplices coronarii apud veteres. 77 Liberum, eundem apud Aegyptios Olirin, 78 Hapocrationem industria 79 hederatum argumentatur, quod hederam natura sit cerebrum ab 80 heluco defendere. Sed & alias 81 Liberum principem coronae plane laurum, in qua ex Indis triumphauit, etiam vulgus agnoscit, cum 82 dies in illum solennes Magna appellat coronam. Si & 83 Leonis Aegyptii scripta euoluas, prima 84 Iis repercas ipse capite circumtulit, rem magis ventris. Plura quae ceteris omnia exhibebit praestantissimus in hac

quoque materiae comitator 85 Claudius Saturninus. Na est illius de Coronis libet, & origins, & causas, & species, & solennitates earum ita edisserens, ut nulla gratiam floris, nulla letitiam frondis, nullum cespitem, aut palmitem, 86 non alicui capiti inuenias consecratum. Quo satis instrumitur, quam alienum iudicare debeamus coronati capitis institutionem, ab eis prolata, & in eorum deinceps honorem dispensatam, quos seculi Deos credit. Si enim medicum diuinitatis diabolus operatur, in hac etiam specie, a primordio mendax, sine dubio & eos ipse prospexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum est apud homines veni Dei, quod a candidatis diaboli introductum, & ipsis a primordio dicatum est, quodque iam tunc Idololatrie initiabatur ab idolis, & idolis adhuc visus: non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quae 87 idolis alii faciunt, ad demones pertinent. Porro si quae alii idolis faciunt, ad demones pertinent, quanto magis quod ipsa sibi idola fecerunt cum adiuuerent? Ipsi scilicet sibi procurauerunt demones, per eos in quibus eluriantur, antequam procurauerant. 88 Tene interim hanc fidem, diu incursum quaestione excuto. Iam enim audio dici: Et alia multa ab eis prolata, quos seculum Deos credit: tamen in nostris hodie visibus, & in pristinorum sanctorum, & in Dei rebus, & in ipso Christo deprehendi, non alias scilicet hominem functo quam per communia ista instrumenta exhibitionis humanae. Plane ita sit, nec antiquius adhuc in originem disceptabo. 89 Primus Mercurius litteras enarrauerit, necessarias confitebor & commercii rebus, & 90 nostris erga Deum studiis. 91 Sed etiam nos idem in sonum strinxit, non negabo & hoc ingentum 92 cum sanctis fecisse, & Deo ministrasse, audies Dauid. 93 Primus medelas Aesculapius explorauerit, 94 memini & Esaiam Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse. Scit & Paulus stomacho vinum modicum prodesse. Sed & Minerua prima molita sit nauem, videbo nauigantem Ionam & Apostolos. Plus est quod & Christus vestitur, habebit etiam penulam Paulus. Si & vniuersumque, suppellectilis & singulorum vasculorum aliquem ex diis seculi auctores nominatis, agnoscere necesse est & recumbentem in lectulo Christum, & cum peluem discipulorum pedibus offert, & cum aquam ex vreo ingerit, & cum linteo circumstringitur, 95 propria Oliridis veste. Huiusmodi quaestione hic vbi que respondeo, admittens quidem ventisium communionem, sed prouocans eam ad rationalium & irrationalium distinctionem, 96 quia passivitas fallit obumbrans corruptelam conditionis, qua subiecta est vanitati. Dicimus enim ea demum & nostris, & superiorum visibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competisse, quae mera 97 vtilitates, & certa subsidia, & honesta solatia necessarii necessitatibus vitae humanae procurant: ut ab ipso Deo inspirata credantur propiote prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quae vero hunc ordinem excesserint, ea non conuenire visibus nostris, praesertim quae propterea scilicet nec apud seculum, nec in Dei rebus, nec in conuersionibus Christi recognoscuntur. 98 Quis denique Patriarches, quis Prophetes, quis Leuites, aut Sacerdos, 98 aut 99, quis vel postea Apostolus aut Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? Puto nec ipsi Dei templum, nec arca testamenti, 99 nec tabernaculum martyrii, nec altare, nec candelabrum: quibus vtiq; & in prima dedicationis solennitate, & in secundae institutionis gratulatione competisset coronari, si dignum Deo esset. Atquin si figurae nostrae fuerint (100 nos enim sumus & tepla Dei, & altaria, & luminaria, & vasa) hoc quoque figurate portendebat, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas responderet debet. Sed forsitan oppones ipsum Christum coronatum. Ad hoc breuiter interim audies. Sic & tu coronate, & licet uel. Tamen nec illam impietatis contumeliosae coronam 101 populus consciuit. Romanorum militum commentum fuit, ex vni re secularis, quem populus Dei nec publice vniqua letitiae, nec ingenitae luxuriae nomine admittit, facilius cum tympanis & tibiis & palteris reuertens de

E
I. Cor. 10.
Cap. VIII.
F
G
Rom. 8.
Cap. IX.
H

JULL
ERA

I. Cor. 10.
1. Tim. 5.
Iona 1.
Luc. 8.
Act. 13.
2. Tim. 4.
Iona 13.

Rom. 8.

3. Reg. 6.
Esdr. 7.
1. Cor. 10.
Zachar. 9.
Philip. 2.
Matt. 27.



A
1. Esdr. 2.
Eccl. 3.
Ezod. 32.
1. An. 15.
Cap. X.
B
1. Cor. 7.
Psa. 113.
Tit. 1.
1. Cor. 10.
C
1. Cor. 10.
2. Cor. 6.
1. Ioan. 5.
Baruch. 6.
D
Cap. XI.

Capitulate Babylonia, quam cum coronis: & post cibū & potum exurgens ad ludendum sine coronis. Nā neq; lætitiæ descriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut decore tacuisset: adeo & Esaias, *Quando*, inquit, cum tympanis & tibis & psalteris bibitis vinum: dicitur esset etiam cum coronis, si vnaquam hic vsus fuisset & in Dei rebus. ¹⁰² Ita cum idcirco proponis: Deorum secularium commenta etiam apud Deum deprehendi, vti inter hæc coronam quoque capitis communi vsui vindices: ipsi tibi iam præscribis non habendum in communione vsus apud nos, quod non inueniatur in rebus Dei. Quid chim tam dignum Deo, quam quod indignum idolo? Quid autem iam dignum idolo, quam quod id & mortuo? ¹⁰³ Nam & mortuorum est ita coronari: ¹⁰⁴ vel quoniam & ipsi idola statim sunt & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda idololatria est. Igitur qui sensu careant, illorum erit proinde vti eare, cuius sensu carent æque, si abuti velent, si sensu non carerent. Nulla vero distantia est abuti, cum veritas cessat vtendi, cessante natura sentiendi, quæ quis abutatur, cum non habeat qua vtatur. ¹⁰⁵ Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, facilius non vti docentem, nisi quod nec abutuntur qui nihil sentiunt: sed vacat torum, & est ipsum quoque opus mortuum, quantum in idolis viuum plane quantum in demoniis, ad quæ pertinet superstitio. *Idola Nationum*, inquit David, *argentum & aurum: Oculos habent, nec vident: nares habent, nec odorantur; manus, nec contrahunt.* Per hæc enim floribus frui est. Quod si tales edicit futuros, qui idola fabricantur, itales iam sunt qui secundum idolorum ornatum quid vtuntur. *Omnia munda manda, ita & immunda omnia immunda*: nihil autem immundius idolis. Ceterum substantiæ munde vt Dei res, & hac sua conditione communes vsui: sed ¹⁰⁶ ipsius vsus administratio interest. Nam & ego mihi gallinæum maço, non ¹⁰⁷ minus quam Esculapio Socrates: & si me odor alicuius loci offenderit, ¹⁰⁸ Arabiæ aliquid incendio, sed nõ eodẽ ritu, nec eodẽ habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola. Si enim verbo nudo conditio pollutur, vt Apostolus docet: *Si quis autẽ dixerit, hoc idolothyrum est, non contigeris*: multo magis cum habitu, & ritu, & apparatu idolothyrorum contaminatur. Ita & coronæ idolothyrorum efficitur. Hoc enim ritu, & habitu, & apparatu, idolis immolatur auctoribus suis: quorum eo vel maxime proprius est vsus, ne in communione possit admitti, quod in Dei rebus non inuenitur. Propterea Apostolus in clamar: ¹¹⁰ *Fugite idololatriam*: omnem vtiq; & toram. Recogita sylvam, & quante latitant spinæ. Nihil dandum idolo, sic nec sumendum ab idolo. ¹¹¹ Si in idolo recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri? *Que communitio Christi & Belis: & ideo fugite.* Longum enim diuortium mandat ab idololatria, in nullo proxime agendum. ¹¹² Draco etiam terrens de longinquo non minus spiritui absorberat. Ioannes ¹¹³ *Filioli*, inquit, *custodite vos ab idolis*: non iam ab idololatria quasi ab officio, sed ab idolis, id est, ab ipsa effigie eorum. Indignum enim, vt imago Dei viui, idoli & mortui fiat. Vsq; adhuc proprietatem istius habitus & ex originis censu, & ex superstitionis vsu idolis vendicamus, ex eo præterea, quod dum in rebus Dei nostri non refertur, magis magisque imago illorum deputatur, in quorum & antiquitatibus, & ¹¹⁴ solennitatibus, & ¹¹⁵ officiis ¹¹⁶ conuenitur. ¹¹⁷ Ipse denique fotes, ¹¹⁸ ipsæ hostiæ & ¹¹⁹ aræ, ¹²⁰ ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotium coronas ¹²¹ apud Claudii. Sed & illam interstruximus distinctionem differentiarum rationalium & irrationalium, eis occurrentem, qui communionem in omnibus de quorundam exemplorum occasione defendunt. Ad hanc itaque partem causas ita ipsas coronarias inspicere superest, vt dum ostendimus extraneas, immo & contrarias discipline, nullam earum rationis patrocinio fultam probemus, quod posset habitus eiusmodi quoque communioni vindicari: sicut & quidã, quorum ex plã nobis obiectantur. ¹²²

Etenim vt ipsam causã coronæ militaris aggrediar, puro prius conquirendum, an in totũ Christianis militia conueniat. Quæ est alioquin de accidentibus reuera tate cum à præcedentibus culpa sit? ¹²³ Credimusne humanum, sacramentum diuino superdici licere, & in alium dominum respondere post Christum, & ¹²⁴ eierare patrẽ ac matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari & post Deum diligere præcepit: Hos & Euangelium solo Christo pluris non faciens, sic quoque honorabit? Licet in gladio conuersari. ¹²⁵ Domino pronunciant: *Gladio periturum, qui gladio fuerit vsus?* Et prælio operabitur filius pacis, ¹²⁸ cui nec litigare conuenit? ¹²⁷ Et vincula & carcerem, & tormenta, supplicia administrabit, ¹²⁸ nec suarum vltor iniuriarum? ¹²⁹ Iam & stationes aut alij magis faciet quã Christo: aut & dominico die, quando nec Christo: Et excubabit pro templis? ¹³⁰ quibus renuntiabit? ¹³¹ & cõnabit illic, vbi Apostolo non placet: Et ¹³² quos interdum exorcismis fugauit, noctibus defendabit, ¹³³ incumbens & requiescens super luncho, quo perfolium est latus Christi? Vexillum quoque portabit: æmulum Christi? & signum postulatib; à principe, qui iam à Deo accepit? ¹³⁴ Mortuus etiam tuba in quietabitur: aneatoris, [qui excitari à tuba angeli expectat. ¹³⁵ Et cremabitur ex disciplina castrensis Christianus, cui cremare non licuit, cui Christus merita ignis indulget? Quanta alia in delictis circumspici possunt castrensi munium, transgressioni interpretanda? Ipsum de castis lucis in castrense barbarum nomen deferre, transgressio est. Plane si quos militia præuentos fides posterior inuenit, alia conditio est, ¹³⁶ vt illorum quos loannes admittebat ad lauarium, vt ¹³⁷ Centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quem Petrus catechizat, dum tamen suscepta fide atque signata aut defendendum statim sit, vt multis actum: ¹³⁸ aut omnimodis cauillandum, ne quid aduersus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut nouissime peritendum pro Deo, ¹³⁹ quoque adeo fides pagana condixit. Nec enim delictorum impunitatem, aut ¹⁴⁰ Martyriorum immunitatem militia promittit, Nã quã Christianus aliud est. Vnum Euangelium, & idem leuis: negaturus omnem negatorem, & confessorius omnem confessorem Dei: & ¹⁴¹ saluum facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de contrario aduersus nomen eius lucratam. ¹⁴² Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quam paganus est, miles infidelis. Non admittit status fidei, allegationem necessitatis. Nulla est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum & directo negandum, necessitate quis premitur tormentorum siue pœnarum: ¹⁴³ tamen nec illi necessitati disciplina conuenit: quia potior est necessitas timende negationis & obeundi martyrii, quam euadendæ passionis & implendi officij. Ceterum subuertit totam substantiam sacramenti causario eiusmodi, vt etiam voluntatis delictis ¹⁴⁴ sibiulam laxet. Nam & voluntas poterit necessitas contendere, habes licet vnde cogatur. Vel ipse hæc præstulerim, & ceteras officialium coronarũ causas, quibus familiarissima ista ¹⁴⁵ ducatio necessitatis: cũ idcirco aut officia fugienda sint, ne ¹⁴⁶ in delictis incedamus, aut & martyria toleranda sint, vt officia suscipiamus. De prima specie questionis est militia ipsius illicitæ, plura nõ faciunt, vt secunda reddatur. Nisi omni ope expulero militiã, frustra iã de corona militari prouocari. Pura denique licere militiã, vsq; ad causã coronæ: ¹⁴⁷ Sed & de corona prius dicã. Laureã ista ¹⁴⁸ Apollini vel Libero sacra est: illi vt ¹⁴⁹ Deo telorũ, ¹⁵⁰ hunc vt Deo triphorũ, sic docet Claudius. ¹⁵¹ Quãquã ex myro aut milites redimiri solere. Veneris n. myrũ matris. *Ence*, non laurum, et amiculæ ¹⁵² Martis, per Iliã & Romulos Romani. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cũ Marte Romanã, qua pellicis dolor est. ¹⁵³ Quin & olea militi à coronari à Minerã, ¹⁵⁴ non solã arũ, sed armorũ quoque dea: & pacẽ cũ Nuptuno inisse, ex hæc arbore coronatã. In his erit ferri militaris superstitio vbiq; polluta, & polluet omnia, quæ iã pollutat & cauis. ¹⁵⁵ Ec-

E
L. Cor. 1.
Ioan. 19.
F
Lac. 7.
Matth. 10.
Act. 10.
Matth. 10.
G
C
D
H
Cap. XII

TER
ORI

ce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principis, secunda in Capitolis. Accipe post loca, & verba, Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. Cuius sententia vox est: vique negationis. Etiam si tacet illic Christianus ore coronatus capite respondit. 156 Eadem laurea in Donati dispensatione denunciat. Plane non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Chalkum, vt argenteis Iudas. Hoc erit: *Non potestis Deo seruire & mammonae* mammonae manum tradere, & a Deo abstinere. Hoc est reddere quae sunt Caesaris Caesari, & quae Dei Deo: nec homine Deo reddere, & denarium Caesari auferre. 157 Triumph laureae foliis struitur. 158 hinc aduerbis 159 lemmicis, 160 inauratur lammulis, vnguentis delibatur lacrimis coniugum & marmum, fortasse quorundam & Christianorum: & 161 apud Barbaros enim Christus. Qui hanc portauerit in capite caufam, nonne & ipse pugnavit? Est & 162 alia militia regiarum familiarum. 163 Nam & castrenses appellantur 164 munificae & ipse solennium Caesarianorum. Sed & tu proinde miles ac seruis alienis es: & si duorum, Dei & Caesaris, certe tunc non Caesaris cum te Deo debes, etiam in comunibus credo potiori. 165 Coronat & publicos ordines lauteis publicae cauae: 166 Magistratus vero insuper aureis, vt Athenis, vt Roma: 167 Praefertur etiam illis Hetrusca. Hoc vocabulum est coronari, quas gemmis & foliis ex auro quercinis ob louem insignes ad deducendas thesas cum palmatis togis sumunt. 168 Sunt & prouinciales aureae, imaginum iam non vitorum, capita maiora quereutes. Sed tui ordinis, & tui magistratus, & 169 ipsum Curiae nomen, Ecclesia est Christi. 170 Illius es, conscriptus 171 in libris vitae. Illic purpurae tuae, sanguis Domini: & clauus latus in cruce ipsius; illic 172 securis ad caudices arboris posita; illic virga ex radice Iesse. 173 Viderint & publici equi cum coronis suis, Dominus tuus, vbi secundum scripturam Ierusalem ingredi voluit, nec alium habuit puerum. *Isti in curribus, & isti in equis, 174 nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.* 175 Ab ipso incolatu Babylonis illius in Apocalypsi Ioannis submouetur, nedum a suggestu. Coronatur & vulgus nunc ex 176 Principalium proprietatum exultatione, nunc ex Municipalium sollemnium proprietate: & est omnis publicae latitiae luxuria captrix. Sed tu peregrinus es mundi huius, cuius superna Ierusalem. 177 *Noster*, inquit, *municeps in caelis.* Habes tuos census, tuos Fallos: nihil tibi cum gaudiis seculi; immo contrarium debes. *Seculum enim gaudet, vos vero lugetis.* Et puto, *salices, ait, ingentes, non coronatos.* 178 Coronant & nuptiae sponsus: & 179 ideo non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam vsque deducant, a qua apud illos nuptiae incipiunt. 180 Habes legem a Patriarchis quidem, habes Apostolum in Domino nubere iubentem, 181 Coronat & libertas secularis. Sed tu iam redemptus es a Christo, & quidem magno. Seruum alienam, quomodo seculum manumittet? Et si libertas videtur, sed & seruitus videbatur. Omnia imaginaria in seculo, & nihil veri. Nam & tunc liber homini eras redemptus a Christo: & nunc seruus es Christi licet manumillus ab homine. Si veram putes seculi libertatem, vt & coronam eosignes, redisti in seruitutem hominis, quam putas libertatem: amisti libertatem Christi, quam putas seruitutem. 182 Nunquid & Agonistica caua disputabuntur, 183 quas statim rituli sui damnant, & sacras & sanebres scilicet: hoc enim superest vt Olympius Iupiter, & Nemaus Hercules, & 184 miscellus Archemorus, 185 Antinous infelix in Christiano coronentur, vt ipse spectaculum fiat, quod spectare non debeat. Vniuersas (vt arbitror) causas enumeramus, nec vlla nobiscum est: omnes alienae, prophanae, illicitae, 186 semel iam in sacramento testatione ceteratae. Haec enim erant pompae diaboli & angelorum eius, officia seculi, honores, solennitates postulatrices, falsa vota humana seruituti, laudes vanae gloriae turpes: & in omnibus istis idololatria in solo quoque censu coronari, quibus omnia ista redimita sunt. Prae-

bitur quide Claudius etiam 187 caelum lydenibus apud Homerum carmina coronari, certe a Deo, certe homini: igitur & homo ipse a Deo coronandus est. 188 Ceterum a seculo cononantur & lupanaria, & latrinae & pistinae, & carcer, & 189 ludus, & ipsa 190 amphitheatra, & ipsa spoliaria, 191 ipsaq; libitina. Qua facer sanctus, quaque honestus ac mundus sit habitus ille, noli de vno poctico caelo, sed de totius mundi commerciis aestimare. 192 Ac enim Christianus nec ianuam suam laureis infamabit, si norit quantos Deos etiam hostis diabolus affixerit, Ianuam ianuam, Limentinum alimine, Forculum & Cardam forrib. & cardimibus, & apud Graecos Thyraum Apolline, & Antelios daemones. 193 Tanto abest vt capiti suo manus inferat idololatriam immo iam dixerim Christo, siquid *vti caput Christus est*, tam liberum quam & Christus ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Porro & quod obnoxium est velamento caput raminae iam hoc ipso occupatum non vocat etiam obligamento. Habet humilitatis lae sarcinam. Si nudo capite videri non debet propter angelos, multo magis coronato: fortasse tunc illo coronato scandalizauerit. Quid n. est capiti femine corona, q; forma lena, qua summa lasciuiae nota, extrema negatio verecundiae, consilio illecebrae. Propterea non onabitur operosius mulier ex 149 Apostoli prospectu, vt nec erinum artificio coronetur. Qui tamen & viri caput est, & feminae facies, vt Ecclesia Christus Iesus, quale oro te, fertu pro vtroque sexu subiit: ex spinis opinor & tribulis, in figuram delictorum, quae nobis protulit terra carnis: abstulit autem virtus crucis, omnes oculos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certe praeter figuram contumelia in pioptu est, & turpitudō & decoratio, & his implexa facticia, quae tunc Domini tempora & fedauerunt & lancinauerunt: vtitu nunc laurea, & myrto & olea, & illustrior quaque fronde, & quod magis vlti est, 195 centenariis quoque rotis ex horto Midae lectis, & vtrique liliis, & omnibus violis coronetis, etiam gemmis forficari & auro: vt & illam Christi coronam amuleris, quae postea ei obuenit: quia & 196 fauos post fella gultauit, nec ante rex gloriae a caelestibus saluatus est, quia rex iudeorum prociptus in cruce; minoratus primo a patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore coronatus. Si ob haec caput tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coronetis, si spinis non potes: quia non floribus potes. 197 Serua Deo rem suam inattaminatam. Ille ea. i. v. olet, coronabit. Immo & vult. Denique inuitat. 198 *Qui uergerit*, inquit, *dabo ei coronam vitae.* Eto & tu fidelis, ad mortem. Decerta & tu 199 bonum agonem, cuius coronam & Apostolus repositam sibi merito confidit. Accipit & angelus victoriae coronam procedens in candido equo, vt vinceret. Et alius Iridis ambitu ornatur caelesti. 200 Protolcedent & Presbyteri coronati: 201 eodēq; auro & ipse Filius hominis supra nubem micat. Si tales imagines in visione, quales veritates in representatione: Illas alpicere, illas odorare, Quid caput 202 strophotolo aut diaconario damnas, diademati destinatum: 203 Nam *reges nos Deo: patri suo fecit Christus Iesus.* Quid tibi cu flore morituro? Habes flore ex virga Iesse, super que tota diuini spiritus gratia requieuit, flore incoituptu, immarcescibilem, sempiternu: que & 204 bonus miles eligendo, in caelesti dignatione, ordinatione profecit. 205 Erubescite Romani comilitones eius, iam non ab ipso iudicadi, sed 206 ab aliquo Matthei milite. Qui quu initiat 207 in speleo in castris vere tenebatur, coronam interposito gladio sibi oblata 208 quasi mimu martyrii, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si forte transferre dicens, Michram esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, sibi tentatus fuerit de Sacramento: statimque creditur Michra miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quadam de diuinis affectantis, vt nos de suorum fide confundat & iudicet.

E
Ca. XIV.
1. Cor. 11.
F
1. Tim. 2.
Matth. 27.
I. Iai. 5.
I. Iai. 23.
Matth. 27.
E. Iai. 8.
Cap. XV.
G
Apoc. 2.
3.
2. Tim. 4.
Apoc. 6.
Apoc. 10.
Apoc. 4.
Apoc. 14.
Apoc. 1.
I. Iai. 11.
H

TULL
ERA

Terriliani opera.



27. satis auctoritatem.] Etiam hic alia significatio (quam eodem lib. ad Mart. nu. 60.) auctoritatem vocat auctoritate praedictam & confirmatam, sive auctoritatem.

28. nec in destructionem eius, sed in edificationem. Audiat ad illud Apostoli. Corinth. 13. In edificationem, non in destructionem.

29. Et laudo fidem, quae ante credit observandum esse quam didicit. Respicere videtur ad illud Iai. 7. iuxta 70. Nisi credideritis, non intelligetis, quem admodum non semel citatur à B. Cyrillio. Locum istum contra eos, qui fidem sensu aut scientia metiri volunt.

30. Et facile est statim exigere: ubi scriptum est, &c. Locum aliter adnotandum contra eos, qui nihil horum volent recipere, nisi quod scriptum est: contra quos pulcherrime scribit Vincentius Lirinensis, lib. de Prephan. haer. novitate. Verum eodem etiam pertinet integram sequenti caput.

C A P. III.

27. Et quamdiu &c.] In scripturam capiti huius fecimus: Quod debet recipi traditio etiam non scripta. In quo imitantur Auctores non solum B. Basilium & Hieronymus locis infra citatis, & Origenes homil. in Numeros, sed vel ipse etiam B. Cyrillius, quantumvis alio pro se ilam citent in contrarium, uti deduximus in Epist. eius 7. ad Pompeium. num. 7. Quo loco etiam videre est confirmatum veterem tam ante quam post Tertullianum, de Traditionibus non scriptis conformantiam, quorum quosdam locos ad institutum non solum propriis accedentes infra quoque citabimus. Vnde patet non aliud esse quam calumniam, quae Magdenburgenses volent hanc fidem de Traditionibus non scriptis imitari, hanc fuisse Tertullianum ex Montano, quantum eorum est, & quodam inesse Traditionibus contraria maxime quam etiam lib. de Praescript. adu. haer. Auct. Traditionum scripturam: idque ante omnem haeresim, ad quam postquam cepit declinare, ipse etiam scilicet Montanus, confectus antiquae memorie cepit estimare, ut patet lib. 1. cap. 1. num. 3. & 3. Qui adeo manifesti erroris consueverunt infra, quod de singulis exemplis demonstrabimus, etiam ante Tertullianum & Montanum usitatas fuisse, quae hoc capite recensent, ceremonias Ecclesiasticas. Certe de Traditionibus in genere apertiores sunt loci apud B. Irenaeum lib. 3. cap. 1. 2. 3. & 4. qui Montanum praecipit: in quem pulcherrime etiam & exactissime commentarius est in hoc ten. ardentius, quo, ut plurimum non sit opus, Lectorem remittimus.

28. per hanc lineam terram recipi debemus.] Quia hoc habet Proterij specimen, latius de eo inter nostra Praefationem.

29. quae praenunciando statum fecit:] Simili phrasim dixit I. 4. adu. Marc. statum scripti & voluntatis. Sed & Quinil. vixit prae statum facere I. 3. c. 6.

30. Denique ut à Baptismate ingrediar, &c.] Multa hic pulchre Rhenanus de Baptismatis ceremoniis. Verum ad Librum de Baptismo à Irenaeo: Magdenburgensibus vero, qui omnes has ceremonias hic enarratas Montanas calumniantur, hoc unum respondemus, dictum Librum non scriptum fuisse à Tertulliano ante omnem haeresim, quem admodum ibi in Argumenta latius, & adeo quum eadem illic nisi alii certe libro eodem tempore conscriptis recensentur ab Auctore, plane comitit, non à Montano, sed à primitiva Ecclesia profecta. Perinde est autem siue legas: per totam hebdomadam cum ex. suo hebdomadem eum 3. Vat. MS. cap.

31. Euchariae Sacramentum.] De Eucharia, quod Sacramentum sit, est nonne est qui dubites, ostendimus infra To. sequ. ad li. 4. adu. Marc. ex definitione Sacramenti, quae admodum ab Ecclesia peculiariter accipitur. Deinde de hoc Sacramenti, quatenus est sacrificium est, ceremonias quas phrasim hic recipit Rhenanus eo quod proprie magis se pertinet supra recensimus. Ex Tertulliani alio loco comprobamus lib. de Oratione num. 1. ordine quidem alio, sed magis congruenti.

32. & in tempore vestri, &c. Videtur ad locum hunc alludere B. Cyrillium Epist. 63. ad Caesarem sub fine, hic verba. At enim, inquit, non manet quod hic dixit antelucanis caetibus, sed post eorum (id enim ostenditur: in videtur tempore) mixtum calicem obtulit Domino. Numquid ergo Dominicum post eorum celebrare debemus, ut se mixtum calicem frequentandi Dominico offeramus? Cui respondet: Christum offerre oportet circa vesperam diei, &c. Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus. Idem itaque est, ac si dicat: Christum praecipit in viduis, id est, eadem tempore, Euchariae Sacramentum sumi, & tamen nos etiam antelucanis caetibus sumimus, & ante omnem cibum (vix loquitur libro 2. ad Vxoriam supra) illud gustamus. De quo vide supra initio Adnotat. nostrarum in dictum lib. de Orat. & maxime in dictam epist. B. Cyrillianum. 46.

33. & omnibus mandatum à Domino, &c.] Similiter hic, et quod dicit: omnibus, correspondet, quod subiungitur: nec de alio- rum manu quam praedictam, nisi dicit: Esti Christus instituent hoc Sacramentum, dicitur omnibus. Accipite & manducate: tamen non nisi de manu praedictam sumimus. Locis aliter, quo comprobatur, de modo sumende Euchariae nisi certi praescriptum fuisse à Christo, iuxta illud B. Augustini epist. 129. ad Tanas. Neque enim, inquit, praecipit Christus, quo dicitur ordine, imaretur hoc Sacramentum, ut Apostolus, per quos Ecclesiae dispositus erat, servaret hunc

locum. Nam si ille hoc monuisset (quod proprie ad id quod praedictum pertinet) ut post alios cibos semper sumeretur, credo quod eum morem non variasset. Proinde etiam ibi mandatum à Domino, non debet Mandate accipi pro praecipere, sed proprie pro, agendum: commiseret: qua significatione dicitur etiam Auctor initio li. 3. adu. Marc. quem nunquam mandator deliquit, id est (vix interpretatur etiam Rhenanus) qui aliquid agendum commisit.

34. etiam antelucanis caetibus.] Plinius Secundi hoc de reepistolans ad Traianum, quam hic Rhenanus citat, reperire est apud ipsum quoque Tertullianum, ne hic prolixiores simus, Apolog. ca. 2. Atque adeo non potest istud ad novam Montani institutionem pertinere, quemadmodum calumniantur Magdenburgenses, quum ab initio Ecclesiae, immo ab Apostolis ipse usitati fuerint antelucani caetibus, quibus etiam communicabant fideles, vix modo dictum est.

35. nec de aliorum manu quam praedictam.] Ad eosdem pertinet quod prius dixit, de Baptismo loquens: sub Antelucanis manu: Et illud (vix recte adnotavit Rhenanus) Apolog. cap. 39. Praedictam potestati quique seniores. Loquitur autem non solum de Episcopo, sed & Presbyteris & Diaconis utrobique, de quibus latius lib. de Praescript. adu. haer. Tom. sequ. cap. 41. Atque etiam hanc traditionem Apostolicam fuisse, non Montanisticam, praeterquam quod etiam agnoscat Magdenburgenses, confitentur (tum ex hoc loco, tum ex eo lib. de Casti. Tertull.) quod Ecclesiae auctoritas differentiam constituit inter Ordinem plebem in administratione Sacramentorum Certe (vix obviemus Calvinistis id negantibus) ante omnem suspensionem haereticos lib. de Praescript. adu. haer. iam dicto haereticus improperat Auctori Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Deinde ipsam eandem verbis (quem adeo hic imitatus Auctor videtur) B. Iustinus Martyr 2. Apolog. ad Antoninum Pium: Praedictus vero, inquit, postquam gratiarum actionem perfecit, & populus univertus appreciatione letam adprobavit, qui apud nos vocatur Diaconi atque Ministri, distribuunt vnicuique praesentium, ut participet eum in quo gratia acta sunt panem & vinum & aquam, & ad absentes perforunt. Porro alimentum hoc apud nos vocatur Eucharia, quod nulli alij participare licitum est, quam veram esse doctrinam credenti, & laicis propter remissionem peccatorum & regenerationem ablutio, & sic ut Christus tradidit vnicuique. Eodem perinet quod prius scriptum est, & B. Cyrillius lib. de Lapsis quendam: Quia macularum (substantia nempe) sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum ceteris non potuit, ceterum accipere, sanctum enim Dominum edere & contrahere non potuit, ceterum ferre se aperit manibus innotuit. Qui si verbis significante proferat institutum ab Ecclesia, non de alio cum quam Praedictum manu sumere, ut ne indignis administraretur Eucharia, iuxta illud Apostoli ubi iuxta B. Augustinum morem communis audi huius Sacramenti praescriptum I. Cor. 11. Probat autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

36. Oblationes pro defunctis, &c.] Simile illud lib. de Monog. infra Tom. 5. Pro anima eius (nempe mariti) orat. & refrigerium interitum adpulet ei, & in prima relictione confortum: & offertur annuis diebus doctrinam eius. Item lib. de Exhort. ad castit. etiam reperit apud Deum, pro cuius spiritu pestes, pro qua oblationes annuas reddas. Scias ergo ad Deum tuos vobis, quot illa oratione commemoratis, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas pro faceretem (quod adstantiam, vix ostendit, Auctorem de oblationibus, quae per faceretem Deo sacrificantur, etiam hic loqui) de mongimia, ob pium de viginti faceretem, circumdarum viginti & vintus, & ascendet sacrificium tuum libera fronte. Vnde (vix refert etiam Rhen.) Anniversarium etiam elemosinarum origo, quae apud nos perpetuo instituitur. Sed respondet Magdenburgenses, has oblationes pro defunctis originem habere à Montano. Quibus imprimis oppono consuetudines seu observationes Ecclesiasticas hic praescriptas, quas pene omnes pro legitimis agunt (vix suo loco latius) de Baptismate & de Sacramento Euchariae, & eas quae subsequuntur de ieiunio veteri in die Dominico, ac à die Paschae in Pentecosten denique & de signaculo crucis qua frontem ictimus. Quid ergo etiam agnoscant oblationes annuas pro defunctis, & pro Natalitibus: Verum familiare est illis, quod de reliquis haereticis praescriptum Auctor lib. de Praescript. adu. haer. Tom. sequent. Illa haeresis non recipit quaedam scripturas, adhaerere licet ad institutum & traditiones, & si quas recipit, adhaerentibus, & detractionibus ad dispositionem in fluxu futuri: ut tibi, & si recipit, non recipit integras. At (vix illud mox subiungit) vix appaerit veritas disciplinae & fidei Christianae, illic eum veritas & scripturarum & expositionum & traditionum Christianarum, &c. Ex quo recte consequentia consistit, hanc esse Traditionem legitimam, si ab Apostolis ipse profectam ostenderit. Hinc pertinet imprimis quod dicitur verba Patres veteres adeo statum, commemoratorem defunctorum in sacrificio, Apostolicam esse, quemadmodum videtur etiam Leituriam nostrorum Latino- rum Tom. 1. pag. 77. 78. & 79. Est enim eiusdem rationis, commemoratorem defunctorum in Missa facere, & Oblationes pro defunctis facere: Quod etiam id Apostolum Petrum praecipit locuples testis B. Clemens Papa 1. Epist. 1. vix celebraret excoquia mortuorum hymnis, precibus, & Lectionibus sacris. Deinde etiam Leituriam pro defunctis reperire est, tum apud eundem Clementem, Constitutum Apostolicarum lib. 8. tum apud Dionysium Aereo pagitam sub fecem lib. de Hierarch. Eccles. Quam adeo late contra Magdenburgenses vindicat Franciscus Turrianus lib. 1. Defensionum pro Canonibus Apostolorum & Episcopis primorum Pontificum.

A

Et Commentarius in dicitur Constitutiones Apostolicas, et pluri-
bus n. 17. opus. Dicitur autem locutiones ex illis. (a) Garetio non
vires in libro suo quem scripsit: Mortuus invari vitorum precibus
Lectori hic indicabimus. Alter est Eusebii Alexandrini hom. c. 17.
negavit. Memento (inquit) in oblatione (Græc. εὐχαριστία) et
etiam eorum qui iam de vita desierunt, et ad vitam, parentum
ac fratrum hoc si fecerit, magnam eis requiem prebet. Alter E-
piphanius in sermone de sua morte, ubi et illa locutionis consue-
tudo de qua Apostolus 1. Cor. 15. vt qui baptizantur pro mortuis
inferre, multo magis posse sacerdotes noui Testamenti et εὐχαριστία
λατρεύειν, id est, oblationibus et precibus debent mortuorum dis-
soluere. Hic adde B. Cyprianum locum epist. 66. qui tam suo quam Conci-
lij Carthaginensis nomine, scribens ad Episcopos Antecessores, refert
statutum, vt si quis frater clericum tutorem nominasset, non offere-
tur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Vbi
vide Adnotat. nostras num. 13. Item vero de ipsorum Antuer-
saris, pro quo dicitur Antiochus, oblationes defunctorum annua die
facit, ostendit epist. B. Ambrosii de Obitu fratris, Orat. 2. ubi etiam
de deo depositum in scriptis, tertio, trigesimo, et quadagesimo, Orat.
de Obitu Theodoti.

B

17. pro Natalitibus annua die. Hallucinari hic grauitur Rhe-
nanus, quod locum bene intelligit de Natalitibus cuiusque morte et ob-
itu, qui nat. hunc diem, quo quis natus erat, geniali letitia cele-
brabat, quoniam potius intelligendum de Natalitibus Martyrum (qua
ipsum partem hic, partim supra lib. ad Marc. num. 22. agnoscit) la-
tissime deducimus in scriptis. B. Cyprianus 14. num. 13. ad illud: quoties
martyrum passionis et dies anniuersaria commemoratio
celebramus. Quam euentum autem ad nos loco citato de Festis Na-
taliis martyrum multo antiquiores Tertulliano, Smyrnenis in pass.
B. Polycarpi, et dictis Clemens Papa 1. certe constat (vt omnino
Martyrologorum ad eam rem per eundem Clementem institutionem,
que factos Ecclesie infra vocat Auctor cap. 13.) non à Montano pri-
uatum ortos oblationes in Natalitibus, quem admodum calumniantur
Magdenburgenses. Quibus hic licet addere testimonium citatum in
nostris Leirurgis pag. 476. B. Hieron. lib. 2. in epist. ad Galat. cap.
4. super, Dies obseruatis, ubi pulchre eum locum explicat aduer-
sus nostrum, scilicet Antiochenos, quo approbat etiam conuentum ad sa-
cerdotes Festis illius Martyrum. Omisit Origenem de celebrando
Natali SS. Innocentium, et Presertim, et Colletas in Festi complu-
rimum Sanctorum Martyrum eorumque, quas reperire est ubi supra
in Missa Ambrosiana: item BB. Augustinus, et eiusdem ac Chryso-
stomi, Ephrem, Athanasii, aliorumque veterum Homilias, Tractatus
et Sermones, qui passim existant in sanctorum Natalitiis. Adde
dumtaxat dicit Eusebii Alexandrini alterum testimonium ex ho-
mil. eius de Sanctis celeris, citatum ab eodem Turriano, vbi idem
argumentum tractat supradicti operi lib. 5. cap. 17. Ob hanc igitur
causam precepit nobis memoriam sanctorum, Græce non apud iouius
et acceptis hymnis, et auditu laudibus, benignum Deum exoritur,
vt preces nostras caducas admittat.

C

18. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, &c. Integrum
hunc locum Tertulliani B. Hieron. in adu. Luciferianos (vt etiam
ante me adu. in Rhodanus) videtur amulatum, hic quidem veritas.
Nam multa alia, que per traditionem, inquit, in Ecclesia obser-
uantur auctoritatem sibi scripta lege videntur non, velut in lau-
ditate caput inuestigare, et deinde vt esse, laudis et mellis pragu-
itare concordiam, ad instantia significationem, die Dominico, et
per omnem Pentecosten, ad instantia significationem, die Dominico, et
ieiunium multaque alia que, scripta non sunt, rationalibus sibi obser-
uatione vindicant. Item quod ad ieiunium adinet, idem lib. adu. Mo-
ntanum: Non quo, inquit, et per totum annum, excepta Pente-
coste (id est, vt Auctor: à die Pasche in Pentecosten) ieiunare
non licet. Qui et dicit Traditionem rationem reddit Prolog. Com-
ment. in Epist. ad Ephesios: Pentecosten, inquit, tempus laetitiae at-
que victoriæ, quo non genua flectimus, nec curuamur, sed cum Do-
mino ad celorum alta iustollimur. Cui non ab similitur B. Augusti
epist. 119. ad Ianuar. c. 15. Propter hoc, inquit, ieiunia relaxamus
& iantes oramus, quod est signum reuersionis. Vnde etiam om-
nibus diebus Dominicis ad altare id obseruatur. Et cap. 17. Vt au-
tem stantes in illis diebus et omnibus Dominicis oramus, verum
vbi que seruetur, ignoro iam quid in eo sequatur Ecclesia, dicit, vt
patet, et arbitror esse manifestum. Et latius paulo B. Maximus
Taurinensis Episcopus, hom. 1. de Pentecoste, ac Iudæis lib. 1. c. 10.
Eccles. c. 33. denique Hieronymus super lib. 2. de Iustis Cleric. c. 4. 1.
Quid quod et Niceni Concilii can. 20. idem iam ante hoc tres Pa-
tres confirmatum est, quod hanc Traditionem non mandasset obserua-
ri, sed à Montano profectus est. Cuius certe contrarium probatur de
geneticione ex B. Iuliano Martyre, Respon. ad Orisid. c. 115. Et de
ieiunio, c. 94. Can. Apostol. Perro de die Dominico vide Adnot.
nostras in Tertull. Apolog. c. 16. nu. 246. et in epist. B. Cyprian. 33. nu.
7. De eodem, et Pentecoste, id est, tempore à die Pasche in Pente-
costen, lib. de idol. supra cap. 14. num. 109. Et 10. E quibus quam
constat et Dominicum diem, et Pascha, et Pentecosten, ab Apo-
stolis instituta, non possunt non et hos dies Festos adprobare, non Mag-
denburgenses modo, sed et Caluini affecta, et Aristarchi huius tem-
poris omnes. De Pasche denique sollemnibus supra latius l. 2. ad
Vxorem.

D

39. Calicis aut panis etiam nostri. Quod addit: etiam nostri,
facit ad distinctionem Eucharisticæ Sacramenti, in quo non panis et
calicis commones proponuntur, sed ipsum corpus et sanguis Christi,
quæ in terram decursum sunt. Locum adeo faciens ad veritatem cor-

poris et sanguinis Christi in Eucharistia, de qua latius supra lib. de
Orat. cap. 6. nu. 23. et infra lib. 4. adu. Marc.

40. Ad omnem progressum, & frontem crucis signaculo cri-
stianis antiquissimo, quem adeo omittit maluerit Magdenbur-
genes quam recensere, dumtaxat negantes ea etate in Baptismo ad-
hibendum fuisse signum crucis. Verum non solum Patres posteriores,
sed etiam ante Terentianum B. Iulianum Martyrem ad agnomu-
stendimus. Adnotat. nostras in B. Cyprian. epist. 56. num. 31. Etsi enim
ubi de Baptismo agit, expressè non meminit, certe eadem Apologia
dicit nihil sine hoc signa crucis administrari. Cui adde B. Diony-
sium Areopagitam lib. de Eccl. Hierarch. qui crucis signaculum
nominat in Baptismo, et consecratione Christianis, potius nomen
revertit. B. Irenæus quoque et Martialis testimonio, etiam Origenis
apud Euseb. lib. 6. cap. 43. quo breuitate gratia omittit, quæ
lumiantur, dum ad Montani ceremonias id refertur. Certe morem,
quo crucis signaculo fontem tertius ad omnem progressum, ad
omnem promotum, ubi promotus, scilicet et calcatus, iuxta quar-
tam inflexionem, pro calcatione capit adnotatur Rhenanus) ad o-
mnem aditum et exitum, ad vestitum et calcatum, ad laucia,
ad mensas, ad lamina, ad sedilia, ad cubilia, quacumque nos con-
uertario exeret: Magdenburgenses quum ipsi videntur cum ceteris
Lutheranis, non distiterunt antiquissimum. Eundem interim (contra
Caluini) etiam omnibus Veteribus vitarum fuisse comprobamus
ex alijs in B. Cyprian. Adnotat. nostras in epist. 61. num. 39. et
lib. 3. Test. ad Quirin. c. 22. n. 103. Quibus si addidero alios locos Ter-
tulliani, sicut fecerim. Etsi alter supra lib. adu. Marc. Tom. 1. cap. 11.
Vbi postquam de signo Tau attulit scripturam Ezech. 9. addit: Hu-
ius autem signi sacramentum vniuersis modis prædicatum est. Quod
ipsum explicat lib. 3. adu. Marc. Ipsa est etiam Tau, postea au-
tem T. Ipeccetis crucis, quam postmodum futuram in frontibus
nostris apud veram et catholicam Ierusalem. Denique adma-
rior l. 2. ad Vxorem: Latetis ne, (inquit) tu, cum lectulum, cum
corpulentum tuum signas.

C A P. IV.

41. Harum et aliarum eiuſmodi disciphinarum legem ex-
portules, &c. Quum caput hoc eiuſdem sit argumenti cum prece-
denti, ritulo nono non est opus. Atqui contra calumnias Magden-
burgensium has Traditiones à Montano, originem inuisse calumnian-
tium, vel ipse locus imprimis facit, quod addit Auctor: Traditio-
ni præceditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obser-
uatrix. Si enim noua essent Montani institutiones, iam in consue-
tudinem non auissent, et prompte Traditiones discrederent. Nam, vt
loquitur c. præced. consuetudo sine dubio de traditione manauit.
Quomodo enim vlturum qui potest, sit traditum prius non est?
Legimus autem 3. Va. 1. et hinc confirmatrix, pro: fides, sed non
placet; nam tria membra fecisse Auctorem patet, et ex quo maxime
illa à eodem distinguitur, cum subdit: Traditio consuetudinis. Si
del. Porro (inquit Rhodanus) vt volumine Decretorum, quod Bar-
tholomæus Vfermannus Episcopus ante Gratianum coniecit, reperit
etiam quoddam sub Basilij nomine (sempe libro de Spiritu sancto)
cum hoc Tertulliani locum consensum. Id est quibus libris, qui de Vi-
tæ iustis Ecclesie inscribitur C. C. X. III. Sic autem habet: Eccle-
siasticarum (inquit) institutionum quasdam scripturas, quas iam ve-
ro Apostolica auctoritate Traditiones, per successores, in inuicem
conferuntur acceptis. Quibus par vtrique, et idem vtrique iura-
tus affectus quin sit, quous quisque vel aliquantum sacrum expe-
ritus traditis nihil estimare, quantum religio detrimetur, et dis-
pendium liquido constat. Que enim, vt iam inde ordinarum scri-
ptura saluifera crucis signaculo fideles docuit inscribit? Quæ mul-
tissimam augebat super panem et calicem proluxa orationis et con-
secrationis verba commemorant. Nam non modo quod in Euan-
gelio continetur, vel Apostolo in Secretis dicitur, sed et alia complura ad-
duntur, et magnum quasi vim consummandi accommodantia mis-
tunt. Que Origenem versus non orare litterarum forma præstitit:
Benedicimus fontem Baptismatis, oleum vitionis. Hæc adde
quod ter immergimus quos baptizamus, oleo vngimus, verbis
abrenuntiare latæne et angelicis informamus. Vnde et hæc et
alia in hunc modum non paucis, nisi quia tacite ac mystica traditi-
o à Patribus Ecclesiasticis more, reuocatori diligenti, sunt in in-
uicem obseruata silentio, quam publicat scripto Hærenus ille. Por-
ro non me fugit, idem caput à Gratiano repetitum esse dicitur. Ve-
rum quia mendosissime legitur in vulgatis Decretorum codicibus,
indubie studio deprauatum ac mutatum, cuius sinceram lecturam
hic proponere. Itaque per Christum tergo, Lector, vt cum excusis li-
bris conferas. Vides enim quam corrupte multa apud Gratianum legantur.
Quasi enim parum fuisse præter innumeras clausulas vitatas,
pro attentauerit scribere, attendentibus pro multissimam, tristissimam
pro accommodantia, commodantia; autus est tandem deprauari,
quicumque esse fuit, quod erat: Huc accedit quod ter immergimus
quos baptizamus, oleo vngimus, sic immergere. Huc accedit quod
ter oleo inuicimus quos baptizamus: propterea quod pro trina illa
Veterum merione, cuius Tertullianus quosque meminit, Ecclesia san-
ctissimam induxerit: et recte quidem, ne videmus vt apud nos, qui ter
mergunt, hæreticorum probare asseritionem, dum sequuntur morem,
quem admodum ad Leandrum Episcopum scribit Gregorius Paschica.
Adtende quantum sibi quidam permittant in inuentione Veterum
scriptis

A scripsit, cum tamen unusquisque liber non aliter sit legendus, quam ab ipso Auctore et suo seculo prodierit. Quis vero non ridet Gratiani glossatorem, depravatam hoc loco dictionem et sententiam in suis exponatorem? Hec Rhenanus, haud immerito de corruptissimo Gratiani Decreto quare summopere desiderat ab omnibus noua, quam admodum iussit sanctissimus Dn. noster Gregorius Papa xij. eiusdem regnati. Porro ad idem Rhenanus & de Ceremonijs & Ecclesiasticis quibusdam ordinationibus post primordia nascentis Christianismi instituta ab ipso scriptura haud dubie, meminit & Hieronymus Maurus in Epistola quadam ad Reginaldum, quemadmodum citat idem Burcardus sexto libro, qui est de Sacramentis; in hac verba legitur, ut B. Ambrsius refertur, postquam omnibus locis Ecclesie sunt constituta, & officia ordinata, est aliter composita res quam ceperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibus quoque diebus & temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippa rebus quibus aut diem quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interpretantur. Neque Paulus & Silas tempus dispendunt, quo eisdem carcere baptizarent omnes eius. Neque Petrus clericos habuit, aut diem quassit, quando Cornelium cum omni domo sua baptizauit. Nec ipse, sed iussit fratres, qui cum illo erant apud Cornelium in loppo. Adhuc enim prater septem discipulos in loppo fuerat ordinatus. Vergo crederetis plebs & multiplicaretur, omnis in inter initia concessam esse & in angelis, & baptizare, & scripturas in Ecclesia expositas. At ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenientia constituta sunt, & rebus, & cetera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, quod fieri non sibi creditum vel concessum. Et cepit alio ordine & prudentia querari Ecclesia, in qua si omnes eadem possent, irrationale esset, & vultus eius & vultus non videretur. Hinc est ergo, unde nunc neque Diaconi in populo predicant, neque ceteri vel laici baptizant, neque quocumque de credentibus tinguntur nisi egeri. Ideo non per omnia conuenientia scripta Apostoli, ordinationi que nunc in Ecclesia est, quia hac inter initia sunt scripta. Nam & Timotheum Apostolum ad se creatum, Episcopum vocat, quia primi Presbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente eo sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum Presbyteri conueniunt, si presens non sit Episcopus. Sed quia ceperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendas, immutata est ratio, proficiens consilio, ut non ardo, sed meritis crearet Episcopum, multorum sacerdotum iudicio constituit, ne indigni temere usurparet, & esset multis scandalis. Hec Hieronymus noster.

42. Apud Iudaeos tam solemne est, & c. De velandis feminis. omnibus cuiusque generis, ordinis, conditionis, dignitatis, etatis, ex Apostolo, exstat inter leges Auctoritas, quem suspicor hoc posterio, eo quod hic subdat: Quero legem, Apostolum discere, nam illic id ipsum probat auctoritate Apostoli Pauli 1. Corin. 11. Vbi etiam asserit Rebecca exemplum c. 11. Legimus autem ex 3. m. Nec antequam cognouerit spousos, pro: cognouerunt.

43. Si & Sulama in iudicio reuelata, argumentum velate prelat.] Paraphrasis explicat quod legitur Daniell 13. Ac iudici in iustitiam discopertit, camerat enim cooperata. Atqui vel hinc comprobatur auctoritas iustis historiis de Sulama, quamquam Graecae duntaxat legatur. Sed & d. B. Cyrillino citat esse epist. c. c. ac li. de Bone predicti, item ab Origene li. de singularitate Clericorum, qui & librum integrum de eius auctoritate contra Africanum scripsit. Ab alijs quoque Veteribus, quemadmodum adnotauimus ad librum eiusdem de Orat. Domini. 59. Quibus adde, quod Theodoretus Episcopus Graecae de scriptis sit ex exemplari Graeco, quod fortassis ad manus non esset Hebraicum, neque adeo etiam in exemplari Graeco prima loco collocetur, eo quod Daniele ad huc puero congerit, quem ordinem etiam non nouum esse patet ex Synopsi scripturae B. Athanasii, ubi initium Prophetiae Daniell ab hac historia recedit: & d. aeg. xax. & βαβυλων, quemadmodum ante me quoque, adnotauit eruditissimus vir Sixtus Senensis, Biblioth. sancte L. Qui etiam lib. 3. hae. 6. latiss. omnia in contrarium argumenta dissoluit, quam adhibet Anabaptistis, de Manicheorum fontibus hausaunt, & inter ceteros etiam B. Ignatium citat epist. ad Magnesianos. Meminerunt prater eiusdem historiae B. B. Irenaeus lib. 4. cap. 44. Dionys. A. reop. cap. 7. de Diuin. nom. & alij post B. Hieronymum. Patres omnes.

44. in studio mariti. Similiter lib. ad Marium, c. 2. Radia opaca aut porticus, dixit. Accipit autem (adnotante Rhenano) Radia nomine, sypatram, hoc est, subtilem ambulationem, quam & cyflum nuncupat Virgilius, quemadmodum ibi latius diximus. Adnotat, anobis, a. S. Grace est apud Daniellum magis dicitur, quod Latine vulgatus interpret Pomarium vertit, & alij Horum. Xenophon quoque Viridarium significat.

45. posse etiam non scripam traditionem.] Cum Tertulliano (inquit Rhenanus) mire factum ea que D. Hieron. ad Lucinum scribit, qui quaerit de Sabbato, cur non ieiunandum esset, & de Eucharistia, an accipienda quotidie. Nec vero solum Tertulliano conueniunt, verum etiam ad solandorum temporum simulata non nihil conducunt. Sic autem eius verba habent: Sed ego illud te breuiter adnotandum patet, traditiones Ecclesiasticas, praeterquam quae si le non officiant, ita obseruandas, ut de maioribus tradite sunt. Nec aliorum consuetudinem aliorum contrarium modo subuertit. Atque vtrum omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus Apostolorum dicitur Pentecostes, & de Dominico Apostolum Paulum. Et cum eo tradentes fecisse legitur nec tamen Manicheae haereses accusandi sunt, cum carnalis cibis praeteri non debuit spiritali, Eucharistiam quoque abque condamnatae nostri, & surgente conscientia, semper accipere, & Psalmistam audire docentem: Gustate & vi-

de, quoniam suauis est Dominus; & cum eo carere: Erit dicitur cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quod Dominicus dicitur ieiunandum putem, & contextus sexaginta diebus ferias auferamus, sed vnaquaque pronuncia abundet in sensu suo. Et praecipua maiorum leges Apostolicas arbitretur.

46. Consecutio autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit Lex, & c.] Locum hunc transcriptum integrum B. Hieronymus quemadmodum primus mihi indicauit Latinus.] Erym. lib. 5. c. 3. Et ex illo Gratiani Decret. dist. i. c. Consecutio, praeterquam quod legant: dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinam conueniat, pro eo quod non quod Deo congruat, quod disciplinam conducit. Exstant vero etiam in Iure ciuili leges de Consecutionibus.

47. An non putas omni fidei licere, & c.] Verba haec omnia sunt ad B. Hieronymum, aut quod ad institutum consuetudinis non facerent, aut quod etiam ipse iudicaret sane locum hunc intelligendum, quum aliqui fieri contrariari videretur Auctor neque enim etiam de Iure ciuili partem vltimam licet aliquis nouum concipere & statueret, quod postea pro consuetudine habeatur. Aut certe inter errores eius reponendum, de quibus inter nostra Prolegomena.

48. Siquid igitur oras, Deus vobis reuelabit.] Nota est lectio: Siquid ignoratis, & differens etiam ab eo quod Grace est: & in b. i. q. 2. vna quod recte vertitur de nostro interpretis quid aliter sapitis. At recte legitur: reuelabit, cum codicibus Apostoli emendatioribus, pro eo quod vulgari: reuelatum Grace est: & negat. 4. q.

49. sed & ipse spiritum Dei habens deductorem omnis veritatis.] Etiam hinc colligere est: scriptum hunc librum ante illum de Veland. virginib. nam ibi in solo Montano agnoscit complem illud Ioan. 16. Quum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem: hic vero in Apostolo Paulo eundem spiritum Dei agnoscit. Ita miser paulatim ex vno errore in alium, ac deum in hominem lapsus est, de quo latius in vita Auctoris. Placet autem quod Rhenanus censuit legendum: consilium & edictum eius, eo quod praefertur: & quadam edicere.

CAP. V.

50. Sed cut maior exigitur, & c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod natura ipsa praesentat coronam ex floribus, capiti non conuenit.

51. qui figurauit hominem.] Quod hic: figurauit, vertit lib. de Resurr. carnis, finxit, & li. 1. adu. Marc. fecit. B. autem Cypr. Epist. 74. ad Pompeium: palamuit, noster interpret Gen. 1. circaut, Gen. 2. formauit. Latinus denique 70. interpret, modo: fecit, modo: formauit. Grace priori loco est: immo: posteriori: & naen.

52. Audiuim in auribus fodi, & c.] Pulera est etiam scriptura ex ipsis organum membrorum quique sensuum hominis.

53.] Libellum enim propria, certe praecipua coronarum, & floretis & floribus, ex Plinio allegamus.

54. & inserti & innoxii, & in filo, & in scirpo.] Dignetur a fectorum significat, quorum altero flores scirpo inserti, altero filo erant innoxii.

55. Coronam si forte fusc em cristianas forum per feriem comprehendunt.] Hinc confirmatur mea in Pliniam libidem configuratione qua sensus supra legendum: Cum vero fierent in floribus, a ferendo, sicue appellabantur, pro eo quod corrupte, legebatur: lectu: maxime quod Varro de ling. Latin. l. 5. ferra & ferle deriuat praefertim quum fateatur Turnebus legi in Vietis & fugientibus libri: feruic, pro quo ipse putat legendum illi: tunc. sed illud puo magis germanum. At qui illud: tanta innocentia fuisse interpretatur Rhenanus: si plures tam sint innoxii & salubres.

CAP. VI.

56. Queres igitur Dei legem, habens, & c.] Inscribimus hoc caput: Quod natura legis Dei auctoritatem obineat. Cui simile est illud l. 5. adu. Marc. Tom. sequi ipsa natura que legis est instigantibus legem, ubi explicat eandem scripturam Apostoli Rom. 2. Natura facit quae sunt legis, pro quo noster interpret: naturaliter.

57. Sed & in priore Epistola: Sic lego ex ms. cod. 1. Vat. Et vero necessario ita legendum, ut vna intelligatur parte, seu capite quum praemiseris ad Romanos, vna vero duntaxat sit Apostoli ad Romanos Epistola. Adit interim ibi Auctor: conditionis, quod non est apud Apostolum.

58. Deum appellantes Deorum.] De naturali hae Dei conditionem, item paulo post: infamata conditio est, recte adnotauit Rhenanus, accipit pro rebus creatis seu creatione: nam etiam alibi id Auctori frequens est. Sic lib. de Resurr. carnis, homini addita conditio: & iterum: ipsam conditionem colentes aduerus conditionem. At qui legunt quidem a. m. Vatic. cod. certis vibus hominum mancipiam, sed placet magis Tertullianica phras: homini mancipiam.

59. succidisse.] Id est: ut inquit Rhenanus, ut in alio libro

scipenu

A

sapienter, pro: succubuisse, vel subiectum esse, qui transiit in
notor interpres Rom. 8. Legimus autem paulo post iterum ex 3. m.
Vatic. cod. Paternitatis, ac Hirsaugensisque natura quidem. Deis
omnis tantum. nam: Dei, subsulter Rheanus.
61. Sed & huic materie, &c.] Alludit haud dubie ad librum
Spectaculorum, non modo Latino, sed & Græco stylo se scri-
psit.

C A P. VII.

62. Proinde coronarii isti agnoscant, &c.] Titulum huic ca-
piti datus: Quod vel ex origine Idololatrica reliquarum coroa-
narum, eas interdictas constat.

63. Laurea militaris.] Ita circumscribit ad distinctionem alia-
rum laurearum coronarum, de quibus infra cap. 12.

64. Si fuerit aliqua Pandora, &c.] Iuvenalis ab omnibus (in-
quit Rheanus) omnium Deorum donis nomen habet; ad quod allu-
dit hic Tertullianus, cui hoc peculiare est, quod à Charitibus caput
eius coronatum dicit. Atque: primam feminarum non modo He-
fiodus memorat, qui libro qui inscribitur: Opera & dies, latæ eius
ortum describit, sed etiam Pausanias in Attica. Vide Pylæphorum
lib. Incredibilem. Similiter autem interea que malis confusa
sunt. Pandoram Hefiodi, recenset auctor infra Tom. sequent. l.
ada. Valenti. imitatus Iren. l. 2. cap. 19.

65. Nobis vero Moyses Propheticus, non Poeticus pastor.]
Moysem pastorem fuisse (inquit Rheanus), iudicant Exodi verba c. 4.
Moysem autem pascēbat oves lecto sacerdoti Madian.
Cuius: minaret gregem ad interiora deserti, venit ad montem
Dei Oreb. Porro: Poeticum pastorem intelligit Hefiodum, qui ad
Heliconem paternarum onium custodē agens, cum Musas conspex-
isset, & ab eis ad Hippocrenen, id est, Cabalinum fontem deductus fu-
isset, statim excellentissimus Poeta factus est. Vide illud Ovid.

Non mihi sunt vise Clío Chloræ foretes,
Seruanti pecudes vallibus Ætæa ruis.

Adnotavit idem: ceteros, Gentiles intelligi paulo post.

66. Saturnum Phœreces ante omnes reicit coronatum.]
Phœreces (quantum colligo) Syrius citatur ab Auctore, cuius
Theogoniam 10. libro descriptam citat Clemens Alexandrinus 5.
Stromatum, scribens eum fuisse obcurum & anigmaticum. De quo
lactus infra lib. de Anima, sequi Tomo.

67. Iouem Diodorus, &c.] Rerum (inquit Rheanus) fonsan
antiquarum lib. 3. c. 3. Nam ille Iouis & Titianum certamen descrip-
sit. Ille autem veterum historiarum lib. 40. conscripsit, quam Biblio-
thecam nominat. Floruit Augusti temporibus: 30. annis Asiam &
Europam peragravit. de quo Iustinus Martyr & Eusebius plura. Vide
Adn. nostras ad cap. Apolog. 10. n. 154.

68. Dat & Priapo tantisidem.] Teyiq (inquit Rheanus.) vitæ
sunt & ligamenta capiti. Quod ad verbum habet ex B. Hier. in c. 4.
Irenæi. Auctor hic abstruit in voce, pro: scitu adinstar vitæ arum.
Citat autem in c. istud ex Diodoro. Coronatur autem Priapus (si
Gyraldus creditus) ex eis que hertense erant.

69. & Adriadna: scitum, &c. post & Iydis.] Cum Hirsaugensis
(inquit Rheanus) hic adiecto etiam 3. m. Vat.] codice consentiens
& Gortensius, quem admodum docet collatio, habet Thefidus. Pro
quo corrupto vocabulo, mens fecutus iudicium, posui in contextu:
post & Iydis. Nam quide signis calefibus apud nos scripsit, Iu-
lyginus. Et imminutus Interpres fragmenti Phœnomenon Arati,
citante Auctorem qui Græcia prædixit, referentem cum liber ad
Minoem regem venisset, ut Ariadnem filiam eius duceret uxorem,
genomus precibus. Ex talis fulgoris fuit, ut Thefa ex labyrintho li-
beraret, que post mortem Ariadnes aspsit à Libero est adscissa. Com-
memoratur id & ab Arato in Phœnomeno huius carminibus:

Aræ xadæovs etiæ vs, tæ xadæi tæbæ
Etiæ xadæi dæovs xadæovs xadæi vs.
Quæ Germanicus Cæsar, nisi fallit ritulus, sic vertit:

Clara Ariadnæ propius itant signa corone:
Hunc illi Bacchus thaliam memor addit honorem.

Rufus Egef. Auzenius sic:
Alpice ceu rutilis fulget lux Gnosia flammis,
Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris:
Hæc Ariadnæ capitis restat honorem.

Ceterum quia corrupta lectio Thefidus habet, & tradunt eius corone
beneficio, que propter gemmas usque adeo fulserit, à labyrintho
Thefidum liberatum, putari aliquando legendum: post Thefidus dux
quod videlicet illud sortum sua luce eduxerit Thefidum. Verum enim
vero malus corone Ariadnæ præconium est, quod in eodem inter
altra fuerit translata, quam quod Thefidus à labyrintho tenore edu-
cendus fuit. Idcirco malimus in contextu scribere: post & Iy-
dis.

70. Innoti vitam Callimachus induxit, &c.] Apud Græcos (te-
ste Plin. l. 21. c. 1.) de Coronis priuatum scripsit Mnesibius atque
Callimachus Medici. Ex quibus etiam multa transmississe se libro
eodem indicat in suo Indice, & deinde multa etiam ad Medicinam
pertinentia libri 23. 24. 25. 26. 27. & præterea ex Callimachi li. 30.
Citat autem huic locum Gregorius Gyraldus hist. Deorum Syntag.
3. explicans illud: de exuuiis vti quæ pugnari, Bacchi scilicet &
Herculis. De Hercule id manifestum est: de Baccho nescio an ipse ni-
cubi pingi soleat cum leoninis exuuiis.

71. Hercules nunc populum capite præfert.] Populum

B

C

D

Herculi dicitur lib. 12. c. 1. Plinius tradit, & Macrobius illud Ver-
gilij de Saluis eius sacerdotibus explicat. Saturn. l. 3.

Populeis adfuit eundem tempore famis.
72. nunc oleastrum.] Olympiæ (inquit Plinius lib. 16. cap. 14.)
Oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc in soli-
tudine religio.

73. nunc apium.] Apio (inquit idem l. 19. c. 8.) honore in Actia,
coronate viciores sacri certaminis Næmæ. Quam autem illud in
honorem Herculis fieret, non mirum si & Hercules apium capite
præferat.

74. Habes Tragediam Cerberi, &c.] videtur Tragedia illa
Cerberi meminisse corona populeæ; Pindarus oleastri, Callima-
chus apij. Exstant autem Pindari Olympia, Pythia, Næmæa,
Isthmia.

75. qui & Apollinem memorat.] Videtur hoc referri ad Calli-
machum. Attamen videtur curiusque Lector, nunc & Pindarus ha-
beat idipsum in sua Pythia. Atque Apollini sacrum Laurum scribit
Plinius l. 12. cap. 1. atque adeo ad iudicium Reges Romanos Laurum Del-
phicam illi dono miserat l. 15. c. 30.

76. Erant enim supplices coronati apud Veteres.] Pia me-
morie eruditissimus vir, Alanus Capus, qui Vaticanam codicem mi-
seo nomine cum excelsi contulit, ad intelligentiam huius loci adnota-
uit, ex Aristophanis Pluto ad marginem quod coronam capite signa-
bant qui supplicabant, id est, qui Diu litabant.

77. Liberum, eundem apud Ægyptios Ofirin.] Idipsum pluri-
bus profequitur Plutarchus, & antequam Diodorus Siculus l. 2. c. 4.
& Hædeta, de qua mox, Cynonitis dicit. Similiter Euseb. de Pre-
parat. Evang. lib. 2. cap. 1. Asferunt (inquit) Ægyptij, &c. regnum
aliquando obtinisse Saturnum, qui oreore Cylebe in uxorem duxit,
Ofirin & hinc genuit: aut, ut plerique dicunt, Iouem & Iouem.
Hinc vniuersum orbem imperio subiugasse, ac quinque Deos procre-
asse aiunt: Ofirin, Ilin, Typhona, Apollinem, ac Venere. Ofirin Dio-
nysum (quem hic Liberum vocat Auctor) Ilin, Cererem esse autem
munt. Quos matrimonio coniunctis, cum in regno successisset, pluri-
mum generi hominum contulisse. Quæ verba eadem de causa in medium
adducere libuit, ut concordia inuentur inter Lactantium lib. 1. cap. 21.
Lucanum, ac alios qui Ofirin huius filium, & Diodorum, cognos-
cent, qui Ofirin Ildis martium & fratrem tradiderunt: quam priores
de filio, posteriores de patre leguntur. Meminit certe Offidius quoque
suis Auctor l. 1. ad act. Marc. Sic & Ofirin, quod semper sequitur,
& hinc vniuersum, & cum gaudio inuenitur (taxa illud Lucano).

Nam quaque fati quæstus Ofirin.]
reciprocarum frugum, & vniudorum elementorum, & reddidit
anni idem argumentantur.

78. Harpocration.] Egeum Auctorem puto intelligi, cuius ex-
stat Roma in Vaticano m. Liber ad. & contra bonos, quippe quam
ad Phyliscam rationem referatur id quod sequitur.

79. hedera tum.] Pliniam (quem admodum etiam Rheanus ad-
notauit) lib. 16. c. 4. Versatque primum omnium Liberum patrem
imposuisse capiti suo ex hedera item c. 34. Alexandrum vero ob ra-
uitatem ira coronato exeret, viderem ex India redisse, exempli Li-
beri patris, cuius Dei & nunc adornant thyrsis, galia, que etiam &
suta in Thracia populus, sollemibus sacris.

80. ab heluco.] significat helucus (inquit Rheanus.) nullus
Sexto Pompeio languidum, & semisomnum, & hosterno vino lan-
guentem, sic dicitur ab hirtioris & ostentatione. Quamquam Tertul-
lianus pro ista potius affectione capitis videtur suppare, que pro-
chius in somnum redidit, quam Græci xepetæon appellat, que pro-
hædeta est que profusus liberum apud Veteres, sed eorum primum cir-
cumligare caput soliti. Deinde eis aliquid ornatum accedens, alius
postea corollas excogitasti. Sed & postea cinnixi cornu antiquitatis
quoddam. Fortassis eodem alludit Plinius l. 21. c. 10. quam de 20.
generibus hedera tum legens; Capitis (inquit) dolorem sedant,
præcipue cerebro continetque cerebrum membrana vititer molli-
bus impositis foliis.

81. Liberum Principem coronæ planæ Laureæ, in qua ex la-
dis triumphauit, &c.] Ad victoriam Indicam pertinet, quod habet,
ubi supra. Euseb. In India multas Liberum vrbes construxisse. De
eodem Plinius l. 8. c. 2. Roma iuncti Elephantas vibrum subire cur-
rum, Pompeii Magni Africano triumpho quod prius India victa
triumphante Libero Patre memoratur. Atque Laurus (inquit
idem lib. 15. cap. 30.) triumphis proprie dicitur, ut nunc mirret
post hoc, sicutiam Laureæ Libero detur.

82. Dies in illum sollempnes Magnam appellat coronam.]
Peculiare est hoc Auctori, dies Libet sollempnes, Magnam coroa-
nam appellari à vulgo.

83. Leonis Ægyptij.] Ego eundem hunc esse existimo Leonem
citatum à Clemente Alexandrino lib. 1. Stromat. qui tradunt, de
Diu qui sanctus in Ægypto.

84. prima lictæ repetas spicas capite circumtulit.] Hinc etiam
comprobatur, de quo supra nunc. 77. Cererem tandem fuisse, que
Iris ab Ægyptijs dicebatur: quippe cui ab omnibus inuentis spicæ
adtribuantur. Atque ex ipicis, sive spicæ coronam omnium primam
apud Romanos in honore fuisse tradidit Plinius lib. 18. cap. 2.

85. Claudius Saturninus. Nam est illius de Coronis librum.]
Peculiare est hoc Auctori, quod Claudii Saturnini librum de
Coronis memoret.

86. non alicui capiti inuenias consecratum.] De quorum capi-
te loquatur, indicat verbus sequentibus in eorum honore detineps
dilecti-

A dispensatam, quos fecerunt deos credidi. Quod ipsum indicat Plinius in verbis lib. 10. cap. 5. Post Liberum Patrem Deorum honori sacrificantes, sumptibus, victimis simul condecoratis. Argui paulo post pro adhiberent, legendum putat Latinius: adhuc viventes, sed illud magis placet, quia Tertullianum perasim redolent.

87. que Idolis alii faciunt. Non placeo hic mibi interpretatio Rhenani: sed potius alios hic intelligi Gentiles, quemadmodum supra ceceos. Illud autem: in quibus eluriantur, interpretatur Rhenanus in quibus uariis passim fuerant, significans idololatriam deorum.

C A P. VIII.

88. Teneant hanc fidem, &c. Non aliud est hoc caput quam Obiectionis cuiusdam solutio, de aliiis rebus que in usu sunt Christianis, habentibus tamen fiam ab Idolis originem.

89. Primum Mercurius literas enarrat. Vide supra lib. de Test. Animæ, c. 5. n. 25. Hic unum addam Tertullianum conformem testimonium Cassiodori Variarum lib. 8. epist. 12. Litteras, inquit, primum, ut frequenter tradit opinio, Mercurius reparator Artium multarum, voluit scriptomiarum aucti collegisse memoratur. Nam & hodie græves, quoniam classe confectantur, Alphabeti formam naturam inbuenat de scribunt. Quem in ordinem decorum religens, vocalibus consonantibusque congruenter admixta, vitam sensualem reperit, per quam alia factum ad generalia prudentia mens possit volucerrime pervenire.

90. & nostris egiß. Demum Rhenani. Hæcque sane, inquit Rhenanus, litterarum laus dum Christus etiam inveniunt. Adstant hanc quoque contra litteras & disciplinarum cognitionem oblatant.

91. Sed & necesse est in sonum strinxit. Idipsum ad egißantur commentatores in Homeri Odysseam, quoniam non modo litteras, sed & Musicam eius inveniunt factant.

92. cum sanctis fecit. Quomodo inquit Rhenanus perquam elegantem dicitur Chrysostomum facere cum Hieronymo, significare volentes eum consuetudine cum illis, sic Tertullianus dicit, cum sanctis fecit, quod sanctos adiunxit, sine sanctis in usu fuit. Hoc loquendi modo & in præcedentibus libris usus est.

93. Primum medelas Æsculapii exploravit. Vide Adnotat. in Apolog. c. 14. num. 209. & c. 21. nu. 161.

94. memini & Elaiam, &c. Locum est (ut etiam adnotavit Rhenanus) Elias: Et inquit Elaias, ut tollerent maffiam de fidei, & cataplasmamentum super vulnus eius, & sanaretur.

95. propria Olfidii veste. Auctor est, inquit idem, Herodotus, vestis apud Ægyptios fuisse lanæ vestes in ades sacras inferre. proinde lanæ vestes auferre.

96. qua palluitas fallit. Istud ex margine in contextum substitui, quia frequentissima est vox Tertullianus; palluitas autem varissime, aut nunquam usitata.

C A P. IX.

97. Quis denique Patriarchas, &c. In scriptis nem huic capiti datum: Quod nemo in scripturis coronatus legitur præter Christum, quem ad comitatus licet in corona spinea. Argui de Hierarchia Ecclesiastica, quam hic adtingit, latinus supra Tom. sequ. l. de Prescript. ad hæreticos.

98. nec tabernaculum martyrii. Mærope voce Græca vititur, pro eo quod Latine vocatur tabernaculum testimonii.

99. nos enim & templa Dei sumus. Illud ad scripturas, Apollini ad Corinthios: Templum enim Dei estis vos. Osee 9. Et replebitur vphalia & cornu altaris. Item illud: hœui luminaria in mundo luceant; & Aliud quidem fecit Deus vas in honorem, &c.

100. populus conficiunt. Id est (inquit Rhenanus) decrevit, siue communi sententia statuit. Hoc enim conficere significat. Luitius: Quod Senatus populi Romani quiritium censuit, consensit, conficiunt, ut bellum præcipit Latinius heras, &c. Alibi: Itaque consensio conficitur. Non aliter autem hic dicit: Nec illam impietatis contumeliosæ coronam populus conficiunt, quam Luitius, conficere facimus.

C A P. X.

101. Ita quom idcirco proponis, &c. Caput hoc in scriptis: Quod quom mortuorum aut Idololorum corona sit, Christianos non deccat. Siue autem vendices leges cum 1. m. Vat. cod. siue: vindices cum reliquis tam esse, quam mi perinde est.

102. Nam & mortuorum essita coronari, &c. Quod aut mortuus aut Dicit condecorantur coronæ, in hac verbis, ad qua etiam alibi Rhenanus, habet Plinius l. 21. c. 3. Primum ex lege xy. Tabularum hic verbum: Quis ergo honesti Viri mortuo, parentibus que eius, dum vivis postus esset, fortis ferretur, sine fraude esset imposita. Vbi ad id dicitur ad eum mortuum, que & in usu postum, & clarum fuit, & se ipsi coronam ornabant. Eodem pertinet illud egißant capitis: Corona Deorum bonos erant, & Larium publicorum priuatorumque, ac sepulchrorum ac Manium.

103. vel quoniam & ipsi Idola statim sunt. Quod ex mortuis hominibus Dissipant tractant late Auctor supra Tom. 1. Apolog. cap. 10. & 11. & nonnatis etiam de habitu & cultu consecrationis, & 1. de quo ibidem in Adnot. nostris n. 176.

C A P. XI.

104. Etenim ut ipsam causam coronæ militaris, &c. Titulum huic capiti dedimus: De militia que Christianis sit licita, & ut illicita. Cuius similis fuit. Tractatus supra Lib. de Idol. cap. 19. hoc titulo: Neque militiam licitam, que cum Idololatria aliquid commune habet. Eligat etiam hic Lector eundem si velit, titulum quem virius que loci idem sit argumentum, quoniam quam prima facie etiam omnem militiam, nimo metu Idololatriæ, videatur improbare. Eam vero esse Auctoris lib. de Idol. sententiam patet, vel ex illo Epiphonemate: Nullus habitus licitus est apud nos, illicito actui attentus, iam vero quis ille illicitus actus, nempe cum Idololatria continentis, antea dixit: Non convenit, inquit, sacramento diuino & humano signo Christi & diaboli, castis lucis & castis tenebrarum. Cuius similia etiam hic: credimus ne humanum sacramentum diuino superduci licite: Eodem pertinent illa, vixitote

Idolo-

104. Nobis autem abuti apud Apollolum non licet. Alibi ad illud Apolloli: Sic vtamur mundo isto, quasi non abutemur, de quo supra lib. de Cult. famam c. 9. nu. 50.

106. sed ipsius usus administratio interest. Interest (inquit Rhenanus) pro differet.

107. non minus quam Æsculapio Socrates. Hoc iussit (inquit Rhenanus) quoniam in carcere esset, paulo post bibiturus venenatum. Quam ipsam historiam late prosequitur Auctor in titulo lib. de Anima, infra Tom. sequenti.

108. Arabiz aliquid incendo, &c. De hoc vide supra T. 1. in Apol. c. 30. Adnot. nostris num. 442.

109. Si quis autem dixerit: hoc Idololatriam est, non contigerit. Istud ex Apolloli. 1. Cor. 10. vbi retinuit vocem Græcam eidololatriæ, pro eo quod nosse interpret vertit: immolatum Idolis. Mirum est autem quomodo legat: non contigerit, quoniam Græce sit: id est, idcirco, quod non aliter potest transferri quam sicuti nosse interpret, ne manducatis.

110. fugite Idololatriam. Etiam hic vocem Græcam retinuit eidololatriam, pro qua proprie translatus Latinius interpret Idololorum culturam.

111. Si in Idolio incubete, &c. Alludit ad illud egißant Apolloli egißant Epist. cap. 8. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in Idolio recubentem.

112. Draco etiam terrenus, &c. Draco hic ab Auctore pro Basilisco vsu paratur, de quo scribit B. Isidorus Etymol. l. 12. c. 4. Basiliscus Græce, Latine interpretatur Regulus, eo quod rex serpentium sit. Ad eius aspectum nulla avis volans, ille se transire, sed quoniam procul sit, eius ore contrita deoratur. Quod eleganter expressit Auctor his verbis: de longinquo spiritu absorbet alites.

113. Filioles, inquit, custodite vos ab Idolis. Etiam hic retenta ab Auctore vox Græca eidoloi, pro eo quod nosse interpret Latine vertit simulacris: quod ipsum explicat, quom subiungit: id est, ab ipsa effigie eorum.

114. sollemnitatibus. De Idololorum sollemnitatibus aliquid diximus supra lib. de Idolol. c. 13. & 14.

115. & officiis. Similiter dixit dicitur, c. 16. Circa officia vero priuatarum & communium sollemnitarum. Officia autem (inquit Rhenanus) vocat ministeria, que Gentilium sacra, que ipsi aliosque Gentilium impendentur, ut infra: Et implendi officii. Eadem significacione infra c. 11. Officiales coronas dixit, id est, egißant interpres, que Christiani gestabant ex officio, quo Gentilibus erant obligati: ut quom militarent, aut in similibus reb. Quod indicatur hic verbis ibi sequentibus: quom idcirco aut officia fugienda sint. Nec absimiliter it. de Spectac. c. 7. quor officia moueantur. Simili prorsus etiam officia militaria dixit suum lib. de Fuga in persequ. infra Tom. 5.

116. conuenitur. Pro inuenitur (inquit Rhenanus) ut l. adu. Marc. 2. Cum vtumque conueniens in creatore, hoc est, deprehenderet: & lib. 4. hæc conueniens. Quib. adde & illud egißant in quemcumque conueniens in via.

117. Ipse denique fores. De coronatis foribus (inquit) iam inuicis apud ætlicos late Rhen. Apol. c. 35. Vbi vide Adnot. nostris n. 464. Hic tamen proprie videtur agere de Templorum foribus, iuxta illud Maronius: & festa fronde reuinctum.

118. ipse hostis. Apud Perusum (inquit) Gyraldus de nat. Deorum Syntag. 17. non modo quis sacrificias, sed & hostis, & qui sacri interpres, sepe fronde coronabatur. Indis contra, nam ipsi coronatis sacrificabant nemo.

119. & ante. Super aras, inquit idem, sacra facturi, cepites ex gramine siue verbenis, apponere solentur. Ipsas etiam aras, quoniam in & in peculiare: Dicit fieri, ut & in victimas, quas prius hostias dicit, storum munusculum frondibus ornare par erat, ut Iouis, esculo, Apollini, lauro: Minervæ, Platanis, myrtis: Herculis, populo; Baccho, baccera. Hinc illud Maronius 3. Bætid.

120. ipsi ministri & sacerdotas, &c. Hæc pertinet illud Plinij supra etiam citatum c. 17. Deorum honori sacrificantes sumptere, vicimis simul coronatis.

121. apud Claudium. Claudium Saturninum intelligit, de quo supra c. 7. Legimus autem ex 3. m. Vatic. cod. Sed & illam interstruximus pro, intruximus, magis enim conuenit consequentibus: distinctionem differentia.

122. Etenim ut ipsam causam coronæ militaris, &c. Titulum huic capiti dedimus: De militia que Christianis sit licita, & ut illicita. Cuius similis fuit. Tractatus supra Lib. de Idol. cap. 19. hoc titulo: Neque militiam licitam, que cum Idololatria aliquid commune habet. Eligat etiam hic Lector eundem si velit, titulum quem virius que loci idem sit argumentum, quoniam quam prima facie etiam omnem militiam, nimo metu Idololatriæ, videatur improbare. Eam vero esse Auctoris lib. de Idol. sententiam patet, vel ex illo Epiphonemate: Nullus habitus licitus est apud nos, illicito actui attentus, iam vero quis ille illicitus actus, nempe cum Idololatria continentis, antea dixit: Non convenit, inquit, sacramento diuino & humano signo Christi & diaboli, castis lucis & castis tenebrarum. Cuius similia etiam hic: credimus ne humanum sacramentum diuino superduci licite: Eodem pertinent illa, vixitote

Idolo-

Idolo-

A. Idololatricam contaminata: Et excubabit pro templis quibus re-
 nuntiavit, & cenabit illic ubi Apostolo non placet? Et quos in-
 terdium excoisimis fugavit, noctibus defendat? vexillum deni-
 que porabit armulium Christi: *Et rursus isdem bene verba quibus
 alibi: Ipsum de castis lucis in castra tenebrarum nomen de-
 ferre, transgresso est. Denique non alienum visum est causam co-
 rone: ac si dicat, usque ad habitum aliquid idololatricam, qualis est
 corona. Et vero primo capite supra dixi plures fuisse commilitones
 Christianos, quos non reprehendit de militia, sed de corona solum-
 modo. Deinde & lib. Apol. c. 3. & ad Scapulam, c. 4. Germanicam
 solum Militiam Christianam. Certe Scipio aduers. Gnos. c. 2. non om-
 nem Militiam ad improbari, vel ex hoc indicat, quod adferat exem-
 pla complura veteris Testamenti, quibus bellum indicitur à Domino
 aduersus civitates quæ idololatricam commiserunt. Quas ipsas etiam
 scripturas allegat B. Cyprianus ad idem inscriptum, lib. de exhortat.
 ad M. re. cap. 5. ad idem præterea: Quod si sane aduentum Christi
 circa Deum colendum & idola spernenda hæc præcipua sermone
 sunt, quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt? Hinc
 & Lactantius l. 6. cap. 19. Bella quidem reprehenduntur, sed qua
 contra infidelium nata sunt. Hinc etiam B. August. quum innumeros
 peno locis de iure Christiani belli scripsit, certo ex professo id fieri
 p. 5. ad Marcellinum, & p. 50. ad Bonifacium Comitem, denique
 contra Faustulum Manichæum, nam & Manichæorum erat hic error,
 lacissime l. 22. à cap. 74. usque ad 79. Quædam itaque tales loci apud
 primos illos Veteres reperuntur, quibus videtur prima facie contra
 sentire, & intelligendi sunt aus de militia sub imperatoribus ethnicis,
 aut de bello initio, quale initio Ecclesiæ existimabatur, si Christiani
 in Imperatores suos persecutores infurexissent, & qua calamitas se
 purgare viserentur, sed ubi Christiani facti sunt ipsi Imperatores, ab
 eo tempore lingue aliam rationem fuisse, lant ducit B. August. dicta
 c. 17. p. 10. Quæ omnia eo latius, quod hic Rhenanus & alij quidam om-
 nem militiam Christiano illicitam velint præterdere, maxime au-
 tem Erasmus in cap. 22. Lucae, comment. 11. Qui quum pro suo erro-
 re perperam ciet B. B. Christum & Ambrosium, putauit opera-
 præcium licet eorum adferre, qui pro nobis faciunt. Chry. itaque homi-
 mil. 21. in A. B. Apostol. agens de Cornelio Centurione, eius exemplo
 milites adhortatur, ut in pietate & timore Dei illum imitentur, ac
 de iusto non iniusto iure eorum faciant. Deinde apertus homi-
 contr. Ind. Genil. & baret. Tom. 3. de altero Centurione agens, cuius
 mentio Matih. 8. Militiam inquit, præterit & dicit, Non possunt esse
 Centurio nonne miles erat, de quo Iesus ait: Neque in Israel tan-
 tam fidem inueni? Nihilque nocuit illi milita sua. Am. prof. vero
 præterquam quod Offic. lib. 1. cap. 4. à corrupte bellica commendat
 Iesum Natus, Gedeonem, Ionatham & Machabæos, ferm. 7. Non eni-
 m militat, inquit, delectum est, sed propter prælam militare. Prop-
 terca enim prouidentur prædica graffatur. Quotijsum ibi comprobat
 de iusto iustis quæritur prædica graffatur. Quotijsum ibi comprobat
 à fortioribus B. Ioannis Bapt. Lucae 3. Eilote contenti it pendis
 vell is. Et ne forte qui obicit illum Seruone Ambrosij non esse, sed
 Maximi eadem illa postrema verba reperit & est apud illum. Porro
 paulo post legitur ex 3. MS. Vat. quum à præcedentibus culpa sit.*

C. 11. Credimusne humanum sacramentum diuino superduci
 licere, &c.] Alludit ad Sacramentum & responsum sine conse-
 crationem fidei in Baptismo factam, de quibus supra c. 3. & infra
 latius initio l. de Bapt. Tom. sequenti.

12. & eierare patrem & matrem, &c.] Alludit ad verba Sa-
 cramentum, quo se milites obstringebant (refe Vegetio de re militari li.
 2.) numquam deserturos militiam pro rep. Romana, atque adeo cic-
 rant, id est, renuntiabant seu abdicabant, quemadmodum supra
 diximus alicubi, patrem & matrem & proximum.

12.7. Domino pronunciate: Gladio periturum qui gladio
 fuerit vltus? Similiter dixit supra l. de Idolol. Quomodo autem
 bellabit, &c. sine gladio quem Dominus abstrulit. Verum dixerit
 verba adserit B. Hieronymus C. 32. in Matih. id non intelligi de is
 qui gladio aut iudicij officio aut refrendi latronibus necessitate
 fuerit vlt. Quædam ita fassam etiam Apostolus Paulus (ita insi-
 nuat, quum, & Christi prædicationem obstante, Ro. 13. inquit: Non
 enim hæc causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in
 iuram, ei qui male agit. Quo ad idem Auctor supra Tom. 1. lib. ad
 Scapulam, cap. 4. vel qua & vos, inquit, sub gladio cæsis.

12.6. cui nec litigæ & conuenire.] Alludit ad illud 1. Cor. 6. Iam
 quidem omnino delictum est, quod iudicia habeis inter vos.
 Qui ne non magis iniuriam accipitis? Atque adeo non male inter-
 pretaur Rhenanus: litigare, voem iureconsultorum, Actionem
 vel in personam vel in rem apud iudicem suscipere veram aduer-
 tum quod continuo subiungit ibidem Apostolus: Sed vos iniuriam
 facitis, & fraudatis; vti videtur magis de iniuria litibus agere.

12.7. Et vincula & carcerem, &c. & supplicia administabit.]
 His verbis indicat, se non de simplici Milite agere, sed etiam de eo, qui
 (vni adnotauit etiam Rhen.) commentationem aut carnificem agat.
 Vide supra l. de Idolol. c. 17. n. 134.

12.8. nec litiarum vltor iniuriam.] Si alludat ad illud Matih 5.
 Ego dico vobis, non resistere aduersus malum, &c. responder B.
 August. l. 22. contra Manich. c. 74. Intelligunt, inquit, hunc præpa-
 rationem non esse in corpore, sed in corde. Nam, vti iudicij postea, &
 Christiani Imperatores, de iniuria sacrilegi, qui ipem suam in sa-

cramentum Idololorum demoniorumque pasuerant, gloriosissimum vi-
 toriam retulit. Item & Stationes aut allimagis faciet quam Christo.] Ex-
 stat lib. 12. Codicis Iustiniani Tit. de Christo & Stationibus. Loci
 vero huius intellectus haberi potest supra ex c. vlt. lib. de Oratione:
 Si Statio, inquit, de militari exemplo nomen accipit, nam &
 militia Dei sumus, vique nulla lætitia sine iusticia obueniat ca-
 stris, Stationes militum reficiunt: Vbi vide Adnot. nostrarum a-
 liam longè. 38. sereniam de Stationibus, quam Rhenanus hoc loco,
 aut nostram priorem ad Epist. 41. B. Cyp. n. 10. nempè quod Statio-
 nes & ibi, & hic, & l. de ieiunio infra T. 5. accipiuntur, nò de conu-
 ius Ecclesiasticis, in quibus fere stantes orabant, sed de statu ieiunio-
 rum diebus, metaphora à militibus orta, quod quamdiu in statione
 erant, ieiunare eos oportebat. Et vero hic aliter accipi non posse,
 nisi sum est ex verbis sequentibus: l. c. & de Dominico, quando
 nec Christo. Nam vti supra notauimus die Dominico iei-
 unium nefas dicimus, ergo nec Christianis die Dominico iei-
 unias & conuuiuium magis diebus Dominis stantibus Stationes, id est,
 à stantibus officia diuina, immo illud in idem c. 3. Die Dominico, &c.
 nefas, vel de genericis adorare.

130. quibus renucliauit.] Pote in Baptismo quum diabolo &
 pompæ eius renucliauit, quod nò alio phrasij infra repetit cap. 11. Incul-
 iam in sacramento testatione cietur. De quo etiam infra latius To-
 mo sequent. lib. de Baptismo.

131. & cenabit illic ubi Apostolo non placet.] Alludit ad illud
 Apostoli, quod sic & præced. expressit. Si in idolo & cumbecalicuum
 est à fide, vti etiam adnotauit Rhenanus.

132. Et quos interdiu excoisimis fugauit.] Adtende (inquit
 idem Rhenanus) excoisimorum anagimatum, de quibus etiam latius
 dicto l. de Baptismo. Hoc autem vbi, quod excubando pro templis
 Idololorum, demones defendat, quos interdium excoisimis fu-
 gauit.

133. incumbens, &c. super luncho, quo perfosum est latus
 Christi.] & 3795 (vni ad marginem etiam adnotauit Rhen. castrem
 sis vox ἀπό τὸ λαγόν, qua vti est ipse quoque Euangelij Latine c.
 19. & lanciam recte verit Latine interpret; vbi adeo castri, natus
 censio vulgatus codices Graecos, qui legunt λαγόν, quum signum
 potius sit λαγόν.

134. Mortuus etiam tuba.] Inuit (inquit Rhen.) morem ca-
 strentem, quo inuoluit milites tubicinis cantu, quem hic exnotentem
 vocat, deslor abnotatur. Nostre milites adnotans pellis, hoc est, sym-
 pnam suam sferantur, vti habet vulgaris cauto iocosis milites,
 135. Et crenabitur ex disciplina Castrensij.] Hinc illud (inquit
 Rhenanus.) Tom. seq. l. de Rejort. car. in principio, Ac ego magis rido-
 bo, inquit, vulgus, tunc quoque quum ipos defunctos atroci-
 m exurit. Et vix: cum crenatis, cremat. Plinius l. 7. c. 74. Ipsum
 cremare apud Romanos non fuit veteri in fuit, terra conlelelatur
 Apud quos longinquas bella obrutos cui cognouerit, tunc in fuit
 tuum. Probat autem conuuiui Auctor eodem libro cum Eudijm
 rem (de quo ibi latius) quo maucolis & monumentis sequentur
 corpora.

136. vt illorum quos Ioannes admittat ad luarum.] Idem
 exemplum citauit supra l. de Idol. Certe non modo B. Ambrosij, vbi
 supra, sed & B. August. ex hoc loco scriptura, de militibus à B. Ioa-
 ne Baptista baptizatis, Militiam non interdictam admittere aut verius,
 ne Baptista baptizatis, Militiam non interdictam admittere aut verius,
 l. 22. supra citato contra Faustulum c. 47. Alitiam (inquit) Ioannes
 l. 22. supra citato contra Faustulum c. 47. Alitiam (inquit) Ioannes
 quum ad eum baptizandi Militiam conuenerit, dicens: Etnos quid
 quum ad eum baptizandi Militiam conuenerit, dicens: Etnos quid
 faciemus: responderat eis: Arripite, polserite neminem. sed quia scitis,
 minem percutite, vultate, polserite neminem. sed quia scitis,
 eos, quum hoc militand: faceret, non esse homicidas, sed ministros
 legis, & non vltres iniuriam suarum, sed salute publice desinim,
 respondit eis, Neminem eou ulciscitis, &c. n. prolixior sum.
 Quod ipsum etiam in quem Decretum tran, crispit Gratianum ubi-
 cum sentent, 23. qu. 1. c. Paratus in fine.

137. vt Centurionum fidelissimorum.] Alteram intelligit
 Archibynogum, de quo Christus Matih. 8. dixit: Non vidi hunc
 tantam in Israel: alterum Cornelium, de quo Actib. Apst. Quibus
 istis exemplis Militiam adprobaram à B. Chrysostomo supra est nota-
 mus, & prior etiam vtrius B. August. vbi supra, & Auctor l. de
 Idololatricam.

138. aut omnibus modis cauillandum.] Cauillari (inquit
 Rhen.) tradunt à cauendo dictum Grammatici. Hic pro cauti sa-
 mit. Atqui vel iste locus sententiam de Militia, Christianis an licitis,
 plus satis indicat. Nam quum dixisset: aut detelectum esse suscep-
 ta fide, aut signata (quorum prius ad Baptisimum, postremum ad Ca-
 rechumenos admet, de quo etiam initio l. de Baptismo) quasi iustis
 corrigens: aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus De-
 um committatur: & ne quis eo vsque militiam extendat, vt aut
 delictorum impunitatem, aut martyrium immunitatem promit-
 tatur, addit: aut perpeccandum pro Deo, ex vntem casu, quo ad-
 quid facientium foret aduersus Christi fidem.

139. quod aque fides pagina condixit.] Hoc est, vti recte Rhen-
 nanus, quod fides ethnico Duci vel Imperatori data promissit ex pãti,
 nempè extrema perpecc, & mortem, nam id significat hic condicere.
 Plusius in Prefatione ad Vespasianum: cum hanc operam condicere-
 rem, non eras in hoc alio: id est, ex pãti pollicerer.

140. aut martyrium immunitatem.] Vtique martyria (in-
 quit Rhenanus) crepat Tertullianus. Paulo post: Quia potius est ne-
 cessitas timenda negotiis & obuendi martiui, quam euiden-
 da passionis & implendi officij.



A

re videtur illud Plin. supracitato cap. vlt. l. 13. Laurus Romanis praecipue laetitia victoriarumque nuntia additur litteris & militum lanceis fauces imperatorum decorat. Ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur. quous laetitiam noua victoria adtulit.

166. M. g. l. tratus vici insuper aureis.] Vide de his supra initio operis n. 1. & cap. praeced. & infra ex Plinio, vbi de Gemmatu agitur n. 167.

167. Praefertur etiam illis Hetrusca. Hoc vocabulum est, &] Hetrusca coronas commemorat Plin. l. 2. c. 3. vbi supra citatus cap. praeced. vbi de Lemnicis egimus. Hic autem etiam qualis fuerit, describit Auctor, nempe: quae gemmis & foliis ex auro quercinis ob louem insignes, ad deducendas thenas cum Palmatis cogis fimebant. Videtur eodem pertinere, quod scribit Plinius. li. 12. cap. 3. & 4. de gemmatis & aureis coronis. & lib. 37. cap. 2. de Pompeia quod in triumpho 33. ex margaritis coronas haberit. Denique quod eodem teste lib. 33. cap. 1. Triumphantibus corona aurea iustineretur a tergo. Atqui ad eandem adludit Auctor supra lib. de Spect. c. 7. de thenis decoronis, vbi vlt. Adn. nostras n. 63. de Palmata veste, Apolog. c. vlt. n. 610.

168. Sunt & Prouinciales aures.] Ad loci huius intellectum facit illud libro de Idolol. c. 18. & coronae aureae sacerdotum Prouincialium, à quibus hic indicat etiam ipsa Deorum capita fuisse iisdem coronis coronata.

B

169. & ipsam Curia nomen, & c.] Proprie hic Curia accipitur locus nempe, teste Festo vbi publicae curae gerebant. De alijs eiusdem significationibus vide Apolog. cap. 39. num. 111. & de clauo lato, sine lato clauo, lib. de Idolol. cap. 18. num. 14. n. de purpura, ibidem num. 136. & 141.

170. Illius es, concersiptus.] Conscripti (teste Festo) dicebantur quae Equitiorumque Patribus adscribebantur, vt numerus Senatorum exspectaretur. quod ipsum Livius l. 2. ab Vrbe condita.

171. in libris vite.] Malim legere, in libro vite, quia scriptura vbiue in singulari numero vtitur, sed nolui aduocumutare, quod conueniat cum excipit m. 3. Vatic. cod. Idque eo magis, quod à Sixto Senensi Bibliotheca Sancta lib. 2. Quintuplex Liber vite explicetur ex varijs scripturis, quo compendij ergo Lectorem remitto, & nominatum vnus, cuius fit mentio Philipp. 4. ac Apoc. 2. & alterius Apocal. 10. prior Vite aeterna, alter Vite vniuersusque vsque ad obitum.

172. illic securitas ad caudices arboris.] Caudex hic accipitur ab Auctore pro stirpe radice, quemadmodum & à Plinio l. 16. Quaedam (inquit) arbores simplicis, quibus à radice caudex vnus, & oliuae, ficco, viti. Noster interpret. & Matth. & Luc. 3. vterus ad verbum ex Graeco paulo alter ad radicem arborum.

173. Viderint & publici equi cum coronis suis.] De his exstat apud Plinium lex 12. Tabularum: Quam serui equique meritis pecunia partim lege diti, nemo adhibuit.

C

174. nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.] Confirmatur hinc eorum cod. m. Latinorum lectio, qui addunt: Dominianam & Graecae addit vt ex.

175. ab ipso incolatur Babylouis. & c.] Alludit ad illud Apocal. 18. Exite de illa (nempe Babylone) populus meus, & cetera, quae sequuntur: vbi etiam suggestum Babylouis meretricis magna reprehendit, id est, ornatum vitis. nam id significari voce Tertull. suggestus, supra docuimus alicubi.

176. ex Principium proprietatum.] Recte hic Rhenan. Ob natalem videlicet Principum, aut victorias, & causas similes. Nam eandem phrasin dicit Apolog. Rescripta & Edicta Principalia. Municipales item solemnitates, Festos dies cuiusque Municipii.

177. Nolite (inquit) Municipales in caelis.] Transfuit municipatus, pro eo quod Graecae est, πολιτεία, & apud nostrum interpretem: conuercatio.

178. Coronant & nuptiae sponsos.] Huc pertinet quod sponsa ad virum iter parans, ex verbera, qua Veneti quata est, & floribus herbisque à seclis, corollam texere soleat, eamque secum deferret: nam empta gestare festa vitio dabatur. Item quod Sponsus domi illam operiens, paratissimo ianuam coronare, multaque Lauro exornare soleat, quemadmodum auctor est Alexander ab Alexandro, Genial. dior. l. 2. c. 5.

D

179. & cideo non nubimus ethnicis, & c.] De hoc Argumento supra tractat auctor toto lib. 2. ad Ptoleum, vbi citatus.

180. Habes legem à Patriarchis.] Alludit ad praecpta Patriarcharum Abrahae & Isaac. Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananim, Gen. 24. & 28.

181. Coronat & libertas secularis.] Quum pleraque Manumissionis insignia recensat Auctor Tom. sequent. lib. de Resurrectione cara, mirum est quod coronam non commemoret.

182. Nunquid & Agonisticae causae, & c.] Sentit (inquit) Rhen. de certaminibus Gymnicis, quorum virores coronabantur. Eodem pertinet quod habet Plin. l. 16. ca. 4. de coronis ex hedera. Nosissime (inquit) & in sacris certaminibus vsurpata, in quibus hodieque non victori datur sed patriam ab eo coronari pronuntiat. Ex peculiari ter Delphis Lauro coronari solitos victores, l. 10. c. vlt. Pinea corona apud Isthmum. l. 17. c. 10. Ex Apio in Nemeis certaminibus, li. 19. c. 8. Ex Oleastro denique Olympiae, l. 15. c. 4.

183. quas statim tituli sui damnant.] De his late Auctor & ex inscripto supra l. de Spect. c. 6. n. 51. vbi vide Adn. nostras praesertim de Olympijs Ioni dicitur certaminibus, nu. 108. de Nemeis Herculi factum. n. 109.

184. & missellus Archemorus.] Archemorus (inquit) Rhenan.

Lycorgi filius à serpente laesus adhuc infans perijt, ex incuria matris sua Hippolytes, quae illum in gramminibus reliquerat, ostensa Graecia sui laborantibus Langiam fontem. In eius parui memoriae aeneum agon inscriptus est. Et qui perijt adhuc infans, missellum vocat, non miserum.

185. & Antinous infelix.] Hunc (inquit idem) Hadrianus Caesar in delicijs habuit, & iam tenere dicitur, vt ab illo ciuitatem Egepti cognominari, vbi & agonem illi quotannis celebrandum instituit. Quam rem in litteris pulchre retulit Egeffippus, sic scribens, referente Hieronymo: Tantalus (inquit) mortuus Antinous, sicut vsque hodie videmus. E quibus est & Antinous Ieruum Hadrianus Caesar, cui & gymnicus agon exercebat apud Antinonum ciuitatem, quam ex eius nomine condidit, & statuit propterea in templo hac ille. Notat d. m. f. Tertull. Alioquin si homo Deum comitabitur, quomodo Romulus Conium, & Tatinus Cloaciam, & Hostilius Paurem, & Metellus Alburnum, & quidem ante hoc tempus Antinum, & c.

186. semel iam in sacramento testatione cietate.] Sic omnino legimus, pro: testatione, vt accipitur pro: conestatione, quae vox Auctori etiam de Sacramento baptismi non est instituta, quemadmodum laetius infra Tom. sequenti. l. de Baptis. numero 1. Placet autem magis lectio excusorum: Haec enim erat pompe diaboli, & c. quam 3. m. cod. Vatic. et. num. agit de citatione iam facta. Signis autem (Rhenan. inquit) hoc obicitur. Tertullianus ante dixit: A. quam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub anti-furtis manu conestamur, nos renouare diabolo, & pompe & angelis eius: Et hoc loco dicit: Semel iam in sacramento testatione cietate, l. c. debet. Semel hic accipit pro: prorsus & omnino, ita vt semel fecisse sufficiat.

187. etiam caelum sideribus apud Homeri carmina coronatum.] Huius loco (inquit idem) subscribit Plinius (lib. n. m. p. 16. cap. 4.) Antiquus quidem (inquit) nulla nisi Deo dabatur. Ob id Homerus caelo tantum eas & praesertim videri tribuit.

188. Ceterum à seculo coronantur & Iupanaria, & c.] Videtur intelligere coronas, quibus Lares publici vel privati in singulis domibus coronabantur, atque adeo & in Iupanarijs, latius, & pitinij, & carceae, & Ipoliaris, hoc est Ipolentis, iuxta illud Plinius supracitatum libro 21. capite 3. & Latium primateum publicorumque.

189. & Ludus.] Ludum litterarium intelligit, de quo supra Auctor li. de Idolol. cap. 10. Flor. scholae coronatum.

190. & Amphitheatra.] Inter Amphitheatrorum adparatus etiam coronas recenset Auctor supra li. de Spect. cap. 11. vbi quid Amphitheatrum, Adnotat numero 126.

191. ipseque libitinae.] Recte Titinius A. d. m. f. l. 2. c. 14. de sepulcralibus coronis interpretatur, de quibus etiam illud Plinius supracitatum l. 21. c. 3. ac sepulcrorum & Manium.

192. At enim Chrifti annus ne ianuam suam, & c.] De hoc supra Apolog. cap. 35. num. 4. 4. De Dijs vero Orlorum li. de Idolol. c. 11. num. 113. 114. 115. 116. 117. 118. Cuius loci consideratione in alij resurre: Cardam, seu Cardam, cum editioibus excusis, quam Cardam secundum 3. m. cod. maxime quod à cardinibus dicitur adferat tum hic Tertull. tum etiam B. Cypriani li. de Idol. vauitate, vti etiam illic adnotauimus n. 310.

CAP. XIV.

193. Tanto abest vt capiti suo manus inferat Idololatricae, & c.] Caput hoc in scripturis: Quod capiti nullo modo corona conueniat, nisi ad instar Chrifti ipinea. Illud autem: Tanto abest perasij est vti etiam Rhenanus.] Auctori familiaris. Porro de velamento capitis vicius interdicitur, & cui obnoxiu est feminae caput, latif. sine toto li. de Velandis virgin. Cuius quom hic etiam mentio non fit, verisimile non fit quod supra conij. ca. 4. librum huius illo priorem esse. Lego autem omnino cum Latinis: Quid enim est capiti feminae, pro capite. Malim autem legere paulip. s. Propterea non conuenit oportius mulier, pro eo quod est coronabitur, vt quod sequitur, vt nec enim artificio coronetur, & quod Apollonius ornatum quidem eius, non coronam interdicit.

194. ex Apostoli prospectu.] Hoc est (interpret. Rhenan.) prospectiua prouidentiaeque, quippe qui ornatum operoforem, vt modo diximus, in famulo prohiberit. i. Tim. 2. Ad ista erat vicius lectio à Latino: praecipto sed illud magis Tertullianum est, Est autem mira locutio paulip. vbi nuncupatur feminae facies Chrifti, & viri caput.

195. centenariis quoque rosis.] m. 3. & l. aditio: centauri. Verum lego cum Rhenan. centenariis, eo quod: colae centiole memorie Plin. l. 21. cap. etiam vbi de coronis agit, quamquam negat Titurij Principatum nondum rolam centifoliam in coronis additam Atqui de Mida soletio vide supra T. li. de Pall. c. 2. nu. 43.

196. fauos post sella gustati.] De hoc Proverbio vide nostra Prolegomena. Atqui profi: forte, conjet legendum Latinus: si potes.

CAP. XV.

197. Scrua Deo rem suam inattaminatam, & c.] Titulum praestremo hinc capiti damus: Quod à Chnsto corona expectanda. Locus insignis pro coronis, seu mercede bonorum operum, seu meritum nostrorum, de quibus tamen laetius supra, ad Martyrii, cap. 3. num. 43. & lib. de Patientia, cap. 11. num. 73. ac 75. & cap. 13. num. 52.



198. Qui viciat, dabo ei coronam vitæ. Bilo & tu fidelis ad mortem. Sicuti alius saps, sic & hic memoria quantum adparet lap. sic ex duobus scriptura testimoniis unum conficit. Nam Apoc. 2. Eto fidelis sicut ad vitam, & dabo tibi coronam vitæ. & Apoc. 3. Qui viciat, sic vicietur, &c. Item: Qui viciat, faciam illum columnam.

199. bonum agonem.] Similiter B. Cyr. ex epist. 3. & l. 3. Testim. ad Quir. c. 16. qui vocem Græcam & iura, Latine fecerunt, pro eo quod noster interpret. certamen vertit, 2. Timot. 4.

200. Protolent & Presbyteri, &c. Mirabilis (inquit Rhenanus) verbi conspectio ex peregrino & nostro, quamvis & nostrum de Græca signa dertur sit. Adulter autem ad locum Apocalypsis 4. Et fuerit thronos viginti quatuor seniores. &c. Atqui etiam hic sena est ad Auctore vox Græca: ἑξήντη.

201. codemque auto, &c.] Et hic (inquit Rhenanus) locus est Apoc. 14. Propterea post totas citatas Apoc. inquit: Si tales imagines in visione, quales veritates in representatione. Loquitur autem de visione Ioannis, qui scripsit Apocalypsin.

202. Stropholo aut diaconario.] Tenuioribus (inquit idem ex Plinio l. 1. c. 2.) scilicet coronis utebantur antiqui, Strophila appellantes, unde nata Strophola. Porro Diaconarium vocatur tunc scilicet vocabulum fuisse, pro corolla. Ego vero pro Diaconarium, coronam intelligi confectam aut ex diaconia herba antidoto aduersus oronem, cuius meminit Plin. l. 24. cap. 19. aut ex gemma diaconibus, de quibus idem l. 37. ca. 10. & Auctor supra l. de Hab. n. 1177. c. 6. s. 2.

203. Nam & Reges non Deo, &c. fecit.] vertit ad verbum ex Græco hanc ad pro eo quod noster interpret. regnum.

204. bonis miles.] Loquitur (inquit Rhenanus) de Milite isto, qui coronam in manu, non in capite gestauerat, ob eam rem in carcere repositus.

205. Erubescite Romani commiliones.] Hinc patet Romam hanc litteram scriptum fuisse.

206. sed ab aliquo Mithræ milite, &c.] Huius (inquit Rhenanus) Dei Mithræ meminit in Prescriptionibus, de diabolo nostra religio sacra (immo sacramenta) imitante loquens. Tingit & ipse quoddam (inquit) vique credentes & fideles suos. Expiationem delictorum de lauacro reponit. Signat illic in frontibus milites suos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quæ postrema verba: & sub gladio redimit coronam, hic exponuntur. Nam hanc ceremoniam hoc loco explicat, quam demor à nemine fuisse commemoratam D. Hieronymus tantum obiter indicat, quum ad Latam de Insuperantia filia scribens: Ante paucos (inquit) annos propinquus vestro Græcibus ubi iustitiam patriam Ionas nomine, quum presertim gereret urbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portenta simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Peres, Helios, Bromius pater, iuuuantur, subiecit, seque, & sic: Vbi videt Mithræm mentionem, cuius imitationem, in specu Mithræ hoc loco descripti Tertullianus. Latentius sive Latentius Strig. in prescrip. oblationum cornu Mithræ, scribit de pollinam à diversis gentibus variis appellari nominibus. Apud Aethiopes enim Titan vocatur, apud Egyptios Christus, apud Persas, ubi in antro colitur, Mithra nominatur. Et si voluerim iungebat velantia tauri cornua retentere, quæ significat Lunam ab eo lumen accipere, quum accipit ab eorum radiis segregari. Erat autem ipse Sol. Leonis vultu cum tiara præso habitus, vestique manibus, cui diximus, boni cornua comprimens. Siquidem Sol principalem suum inelcat & frenat. Leonem scilicet, ideo quod hic Deus ceteros sui nominis & potentia impetu excellat, & inter reliquas feras Leonem quod sit rapidum animal. Hac ex illo Commentario propterea paulo proluxit vetuli. Vt melius intelligatur Tertullianus locus ille l. lib. adu. Marc. quum inquit: Sicut arida & ardentis nature Sacramenta Leonis Mithræ philosophauerit. Meminit & Marius Capella Mithræ, quum canit lib. 3. de nupt. Mer. & Philog.

Te Scetipin Nilus, Memphis venerat Oficio,
Dilona facta Mithram. --
Plura dicto lib. de Prescrip. adu. her. cap. 40. Tom. sequ. vident Lectorem, sum de Mithra, tum de diabolo diuina adfectante, vti paulo post Auctor commemorat.

207. in spelæo & castrii vere tenebrarum.] De hoc spelæo latius in hac verba B. Iulianus Martyr aduersus Tryphonem: Porro quando illi qui Mithræ initiationes (sic enim verto, pro eo quod alij: initia) præstant, epera eum natum esse memorant (de quo vide etiam prescrip. adu. Marc. l. 1. c. 271.) & spelæum nominant eum locum, vbi initiari et credentes perhibent; non ego hic, quod à Daniele dictum est, lapidem absque manibus abscessum de mente ingenitum, & quod ab Esaua est promulgatum, eos sequutus esse, atque hoc consimiliter instituti sunt conari. Nam & ipse relligione agendi præcepta, vti apud illos dicitur, ante quadam efferebat. Per hanc Esaua sum talis cap. 13. Auctore quæ longè ellis que fecerunt, & cognoscite propinquas fortitudinem meam. Defecerunt in Syon iniqui. Conspice tremor impios, Quis annuntiat vobis locum sempiternum: Ambulans in iustitia (hinc apud illos, de quibus supra, recte agendi præcepta) loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & iniustitiam, manus oblitens puras à muneribus, obtutans aures, ve ne audiat iudicium sanguinis iniuriam, conueniens oculis ve ne vi-

deat iniustitiam. Hic habitabit in excelso specu petre fortis. (hinc spelæi imitatio.) Panis dabitur ei (ex quo desumpta apud illos panis oblatio, cuius mentio fit libro de Prescrip. adu. heret.) & aqua eius fidelis (quo pertinet de qua ibidem, vinctio.) Regem eum gloria videbitis (quod ad resurrectionem pertinet) & oculi vestri longe prospicient. Anima vestra meditabitur timorem Domini: (hinc ibidem expiatio delictorum.) Vbi est litteratus? vbi sunt Confiliani? vbi est eos dinumerans qui aluntur, paruum & magnum populum? Quo cum consilia non agatur, neque profunditatem vocum sciuerunt, ita vt non audirent, & non est audientia scientia? Quod ipsum rursus paucioribus huius verba non multo post repetit: Quod vero (inquit) Elais de symboli arcanique specus ratiocinio præloquutus sit, vobis recensui, sed eorum gratia, qui hodie vobiscum venero, locum eum repetam: in super hoc addens, propter verba eiusdem, eos qui Mithræ mysteria instituerunt in loco qui apud illos spelæum vocetur, suos initiare, sacraque sua arcanæ pergere, diaboli instinctu agitato. Atqui spelæum istud primum Zoroastres in Persia montibus discessit ferre prope fontes, iuxta quod habet Porphyrius in Comment. antri Nympharum, ex 13. Odysse. Homer.

208. quasi nimum martyrii.] Hæc est (inquit idem Rhenanus) imitatio nimum martyrii, quod pro Christo tolerans Christiani. Quare & hanc lectionem retinendam dicit, pro eo quod in excelsu subreperat: minimum, maxime quum illud etiam legant 3. m. cad. Variæ. Vnde nec placet lectio Gyraldi hist. Doctum sint. 7. qui legit: minimum. Maxime quod hanc ad similitudinem B. Gregor. Nazian. Orat. r. in Iulian. Imper. scribat: Ab illo fuisse comparata martyria Christianorum cruciatibus, que in Mithræ sacris celebrabantur Super quo loco (citur etiam ibidem à Gyraldo) vti commentator. Mithræ, id est, Sol, cui celebrantes sunt, & imprimis à Chaldais, Cui Deo qui volunt initiari, duodecim contumelios affertuntur, per verbera, calorem, frigus, & illa eiusdemodi. Qui proinde putat fuisse etiam ea sacra, quæ Commodus Imperator homicidio polluit.

ARGUMENTVM LIBRI DE VELANDIS VIRGINIBVS Per Iacobum Pameliu.

Vix preteritua contraria consuetudinis, contra quam Apostolus præcepit, non modo nuptæ, & virgines hominum, seu seculares quæ ad nuptias virorum adspirant, sed & virgines Dei, quæ Christo nupserunt, præsertim in Ecclesiis caput non velarent; quod antea Græcæ, nunc Latine quoque offendit, virgines velari oportere.

Inprimis autem consuetudinem aduersus veritatem non præscribere, ex eo docet, quod, Regula fidei vna irreformabilis manente, cetera disciplina & conuersationis admittant nouitatem correctionis.

Maxime quum Ecclesiarum, quas Apostoli seu Apostolici viri condiderunt, consuetudo opponatur, nobis autem & illis vna fides, vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem Lauaci Sacramenta, vna Ecclesia.

Proinde quum arbitrio cuiusque permissa res esset, vt queque voluisset, aut velari, aut non regi, sicut & nubere, temerariam audaciam reprehendit, quæ virgines hominum ambulant aduersus virgines Dei, quod aliter (velate inquam) illa incederent: immo sacrilegiis manibus dicatum Deo habitum à virgine electâ detraherent.

Neque vero obstat quod opponitur, nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, vbi de velamine præscribit, sed tantum mulieres nominatas; quia Spiritus sanctus vno nomine Mulieres etiam virginem intelligi voluit, vt pote quod generale sit vocabulum, vti & Famina.

Ad sexum enim pertinere, non ad gradum sexus, probat scriptura Genesis; quæ Eua mulier est cognominata. adhuc fælix, adhuc virgo post matrimonium vero connexum, mulier eras.

Sic & Apostolum mulierem vocare Virginem Mariam, quæ vique virginem constat fuisse, licet Helion resisset: & Angelum Gabrielem ad Virginem missum, cum benedicit illam, in et mulieres deputasse.

Iam vero etiam ipsas rationes virginibus competere, per quas Apostolus docet velari feminam oportere.

Eadem itaque ratione virginem in muliere intelligendam, quæ puerum in viro; vt pote quum Adam adhuc integer ante nuptiarum congressum vir sit cognominatus in Genesi, & apud Apostolum vox: Omnis, tam de viro quam de muliere, æque virginem in viro atque in muliere comprehendat.

Alia item disciplina Ecclesiastica præscripta de muliere in virginem

E
F
G
I
II
III
IV
V
H
VI
VII
VIII
IX

TULL
ERA



A
X.
XI.
XII.
XIII.
B
XIV.
XV.

ginem spectare, nam nec virgini, quantumvis carnem suam sanctificare proposuit, licere in Ecclesia docere, tingere, offerre, aut sacerdotatus officii sibi sortem vindicare.

Non itaque magis delere virgines honorigeram noram virginitatis sue (non velando se) preferre; quam tot viros virgines, tot padones, qui nulla sibi defendunt continentia insignia, que tamen virginitate feminarum est laborator.

Ad responsionem autem ex diverso, quasi a naturitate proinde virginitatem operari oporteat respondet: Apostolum intelligi debere, ex quo se virgo intelligere caperit, post contestatam maturitatem? interferens exemplum Rebecce, que velata sponso suo occurrit, (nec minus post continentia votum virgini id faciendum) & ethnicorum, apud quos velata ad virum ducuntur.

Proinde regantur superiora, cuius inferiora nuda non sunt, nec eas imitentur, que sola capitis nuditate virginitatem mundificant.

Deinde si & apud ethnicos propter homines iam nuptura caput velant, saltem in Ecclesia virginitatem abscondant, vt in occulto mercedem apud Deum mereantur, que tantam oblationem Deo offerunt ipsius corporis & spiritus sui, cum illam ipsam naturam confitentur.

Neque vero cogendas ceteras ad huiusmodi opus virginitatis, quia vbi coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas, & proinde facilius, & sinem longum delictorum sibi adrahentes, interito tamen permanentes capite, ne prodantur, virgines sub Deo se mentuntur.

Sed enim vera & pura virginitas, etiam feminarum oculotimens, confugit ad velam capitis tanquam clypeum, quo bo-

num suum protegat aduersus istius tentationum, aduersus aculea scandalorum, aduersus fascino etiam apud ethnicos metuendum.

Scripturam itaque legem hanc de velamine condidisse, naturam contestari, disciplinam exigere maxime in virgine qua Christo nupsit, illi tradidit carnem suam, illi sponsauit maturitatem suam; qui quum alienas sponas & maritatus velari iubeat, vique multo magis iuas.

Postremo & eas, que in nuptias inciderunt admonet, vt ne quidem in momento hora a disciplina velamine exoleant, tum Apostoli verbis, tum Arabiarum feminas unque faciem totam contegunt, & reuelationis cuiusdam exempli preferunt vero ne inter Psalmos aut in Oratione ipsas vel quacunque Deimentione, retecta perseuerent.

Ceterum librum hunc germanum esse patet ex eius hoc Epiphonemate, Pax & gratia Domino nostro Iesu reddet, cum SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. Deinde eundem imitatur B. Cyprian. lib. de Discipl. & habitu virginum, locis infra citatis. Habuerunt denique MS. Trithemius Catal. Script. & Politianus epist. 3. lib. 4. Editus autem fuit primum a Rhenano ex Paterniacensi & Hirsaugiensi exemplaribus MS. cum Scholis, deinde castigatus ex cod. Gorziensi, additis adnotationibus; quibus accessit etiam recognitio Sigismundi Gelenii ex Britannico codice. Non tamen eiusdemodi, quin plures adhuc loci recogniti fuerint a nobis ex 3. M. S. Vatic. codicibus, & Adnotationibus quoque nostris locupletati.

B
XVI
XVII

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE VIRGINI-
BUS VELANDIS LIBER.

Cap. I.
C
Ioh. 14.
D
Ioh. 15.

ROPRIUM iam negotium passus meae opinionis, 3 Latine quoque ostendam, virgines nos velari oportere, ex quo transitu atatis suae fecerint. Hoc exigere veritate, cui nemo praeteribere potest, non spatium temporis, non patrocina personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in vsum per successione corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus, & prior omnibus: aequa veritas sempiterna & antiqua res: Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. 4 Haereticis non tam nouitas quam veritas reuincit. Quodcumque aduersus veritatem sapit, hoc erit haereticis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quam recipiendum quod agnoscitur. 5 Regula quidem fidei vna omnino est, sola immobilis, & inreformabilis, credendi scilicet in vnicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in caelis, sedentem nunc ad dexteram Patris venturum iudicare vivos & mortuos, per carnis etiam resurrectionem. Hac lege fidei manente, cetera iam disciplinae & conuersationis, admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsq; in finem gratia Dei. Quale est enim vt diabolo semper operante & adiciete quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere destiterit, & cum propterea Paraclētum miserit Dominus, vt quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur & ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini Spiritu sancto *Adhuc*, inquit, *multa habeo loqui vobis sed nondum potestis ea bastulare: Cū uenerit ille Spiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem, 7 & superuenientia renuntiabit uobis. 8 Sed & supra de hoc*

eius opere pronunciauit. Quae est ergo Paraclēti administrationi nihil haec, quod disciplina dirigitur, quod scriptura reuelatur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur. Nihil sine arate est, & omnia tepus expectant. Deniq; Ecclesiastes, 9 *Tempus inquit, omnium rei.* Aplice ipsam creaturam paulatim ad fructum promouet: Granum est primo, & de grano frutex oritur, & de frutice arbustula enititur. Deinde rami & frōdes inualecunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis aliquandiu & informis, paulatim etate sua dirigens, 10 eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia (nam idem Deus iustitiae & creaturae) primo fuit in rudimentis, natura Deum metuens: dehinc per legem & Prophetas promouit infantiam: dehinc per Euangelium effertur in iuuentutem: nunc per Paraclētum componitur in maturitatem. Hic erit solus a Christo magister & dicendus & uerendus. *Non enim ab se loquitur, 11 sed quae mandantur a Christo. 12* Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperant, ueritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt vique non olim prophetantem, uirgines contegunt. [13 Sed nolo interim hunc morem ueritati deputare. Consuetudo sit tantisper, vt consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Graeciam & 14 quaedam Barbarias eius, plures Ecclesiae uirgines suas abscondunt. Est 15 & sub hoc caelo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Graeciae aut Barbariae consuetudinem illam asseribat. Sed eas ego Ecclesiae proposui, quas & ipsi Apostoli vel Apostolici uiri condiderunt, & puto ante quosdam. Habent igitur & illae eandem consuetudinis auctoritatem, tempora & antecessores opponunt magis quā potestae istae. Quod obseruabimus, quid diligemus? Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, vt pote nō extraneā, quia nō extraneorum, cum quibus scilicet communicamus 16 ius patris, & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus

Ecclesi.
G
Ioh. 14.
Cap. II.
D
H
Cap. IV.
I Cor. 11.
I Cor. 7.
Dicitur

TER
OFF